PA
3849
B87

4

QUAESTIONES GRAMMATICAE AESCHYLEAE.

PARTICULA I.

DE LEGIBUS, QUIBUS IN FABULIS AESCHYLEIS ENUNTIATA VINCTA SINT.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE

IN ACADEMIA VIADRINA VRATISLAVIENSI

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE X MENSIS AUGUSTI A. MDCCCLXI

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

MARTINUS BURGARD
GUESTFALUS
SEMINARII PAEDAGOGICI SODALIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

G. MERCKENS, PHIL. DR.
R. STIEVE, REG. IUD. SUP. REF.
N. STENZEL, PHIL. CAND.

VRATISLAVIAE.
TYPIS OFFICINAE A. NEUMANNI.

PA
3849
B87

LIBRARY
SEP 13 1961
UNIVERSITY OF TORONTO

768095

VIRO ILLUSTRISSIMO

AUGUSTO ROSSBACHIO

PHILOS. DOCT. LITT. ANTIQ. PROF. P. O.

PRAECEPTORI

DILECTISSIMO SUMMAQUE PIETATE COLENDO

HAS

LITTERARUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

AUGUSTO ROSSBACHIO

MARTINUS BURGARDUS

SALUTEM.

Quoniam praeter alia mea grammatica et critica haec quoque studia non solum TVO consilio nata, sed etiam favore TVO perfecta atque absoluta sunt, ingrati animi viderer esse, si TIBI, cui tam insignis benevolentiae varietate magnaque humanitate obstrictus sum, has litterarum primitias non offerrem. Immo desiderata mihi ea opportunitas venit, qua liceat aliquando in intima mente reconditos mei in TE summae pietatis atque reverentiae sincerissimos sensus depromere. Etenim TV, VIR CLARISSIME, non solum scholis publicis, sed familiari etiam consuetudine in animis multorum iuvenum, in quorum numero ipse sum, Graecorum poetarum amorem excitasti, excitatam in dies magis coluisti, ut plurimi nunc aeterna artis Graecae monumenta studiose intueantur. Quodsi igitur in hisce pagellis, quae TVIS scholis originem debent, erit quod calculo TVO probaveris, laetus TVAE debebo disciplinae: sin minus, gratissimo animo TVAM accipiam reprehensionem.

Quaestiones grammaticae Aeschyleae.

Particula I.

De legibus quibus in fabulis Aeschyleis enuntiata vincta sint.

§ 1.

Tota disputatio de legibus, quibus in fabulis Aeschyleis enuntiata vincta sint, pro argumenti ratione dividenda est in duas partes, quarum altera continet dissertationem de *μέν* et *δέ* particularum usu [1]), altera leges, quibus asyndeton locum habeat.

Liber I.

De *μέν* et *δέ* particularum usu.

§ 2.

De particularum origine.

μέν particulam a graviore forma *μήν* correptione originem ducere, eademque ratione *δέ* cum pleniore forma *δή* cognatam esse, vulgaris grammaticorum est opinio [2]). Quare non solum *μέν* sed etiam *δέ* dicunt non aliam ab initio habuisse vim nisi affirmativam. Neque vero ex hac derivatione potest intelligi, quo modo factum sit, ut *μέν* particulae vulgo respondeat *δέ*. Quum enim utraque particula

[1]) *δέ* enim particulae vis primaria ea est, ut coniungat inter se plura enuntiata, id quod infra ostendetur. Quum vero *δέ* etiam oppositionis vi praedita sit, in describenda huius particulae vi de utraque significatione disputandum erit, quum altera ab altera segregari non possit. *μέν* autem quamquam non enuntiata coniungit, tamen h. l. tractandum erit, quum poni nequeat nisi *δέ* particula aut sequente aut ex sententiarum cohaerentia intelligenda.

[2]) Post alios: M. Devarii liber de Graecae linguae particulis. Ed. R. Klotz. vol. II. p. 355.

ex hac origine ab initio eadem fere praedita sit vi et significatione, nulla ratione potest explicari, cur *μέν* et *δέ* aut in opponendis aut in coniungendis duabus sententiis adhibeantur. Recte vero iam Hartungius[3]) statuisse videtur, *δέ* particulam cum *δύο* esse cognatam, erravit autem idem non solum eo, quod ex forma *δίς* ortam esse hanc particulam opinatus est — neque enim ita vera hujus particulae vis intelligi potest — sed etiam eo, quod *μέν* particulam a *μήν* originem habere existimavit. Quum enim *δέ* ex *δFε*, quod cohaeret cum *δFo* = *δύο*, ortum sit, ita ut ex origine nihil aliud significet nisi deinde, eo ipso videtur esse veri simillimum, *μέν* ex origine significare primum et ductum esse a *μόνος*[4]), id quod Westphalus in scholis grammaticis docuit. Hanc originem si tenemus, non solum perspicuum est, qui fiat, ut *μέν* et *δέ* inter se respondeant, ita ut ubi *μέν* dictum sit, exspectetur *δέ*, sed etiam intelligitur, cur *δέ* possit usurpari, licet non antecedat *μέν*.

Ita etiam *δέ* particulae vis et significatio cognoscitur. Primum enim apparet, non ab initio hanc particulam oppositionis vi fuisse praeditam, sed coniunxisse plura enuntiata inter se[5]). Inservit igitur *δέ* orationi continuandae et per Latinas particulas et, que verti potest. Ad hunc usum explicandum plerumque grammatici affirmant, semper quandam oppositionem in hisce locis inesse, ipso autem verbo quidam satis ostendunt, non adesse eam nisi dormitanti; quae enim sit haec oppositio, ipsi neque dicunt neque sciunt.

Deinde intelligemus, quomodo *δέ* particulae oppositionis vis possit inesse. Quum enim in ea sententia, quae posita aliqua re sive adiecta sive non adiecta *μέν* particula per *δέ* infertur, nova res afferatur necesse sit, ea vero res,

---

[3]) Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache I. S. 162.

[4]) Duae enim in Graeca lingua sunt radices, quibus numeri I. significatio inest, quarum ab altera, quae cum litera m orditur, quum feminina vox *μία* tum particula *ἀ-μῶς*, vel *ἀ-μῶς*, *ἀ-μως-γέπως* descendit, ab altera, quae n litera orditur, masculina vox *έ-νός*, *έ-νί*, Latina oi-nus, u-nus, Germanica ei-ner, ita quidem ut radix in *ἀ-μῶς*, *έ-νί*, u-nus fulcro praeposito aucta et corroborata sit. Accedit vox *μόνος*, quae ex stirpibus *μο* et *νο* ad unum quoddam quasi corpus *μό-νο-ς* compositis conflata est. Eadem ratione particulam *μέν* prognatum esse facile intelliges, quum didiceris et vocalem *ο* et vocalem *ε* (*μόνος*, *μέν*) ex una eademque tertia vocali originem traxisse, quae sit vocalis a; in vocis *μέν* autem exitu vocalem abiectam esse alia affirmant eiusdem generis exempla, quorum luculentissimum est infinitivi terminatio *έμεν*, quae ex *έμεναι* nata est.

[5]) Frustra oblocutus est Hartungio, qui hoc docuit l. s. s. vol. I. p. 162 sqq. Klotzius l. s. s. vol. II. p. 355 audacter quidem negans, scite vero argumenta retinens.

quae ab alia est diversa, saepissime etiam ei possit opponi, perspicuum est, cur per μέν et δέ membra possint significari opposita, sicut etiam cur δέ, quamquam non antecedat μέν, oppositionis vim possit induere.

Apparet etiam, ubi μέν particula posita sit non sequente δέ, ellipsin adesse, quum ea sententia, quae per se opponi debuit, ex sententiarum cohaerentia intelligenda sit.

Denique affirmativa vis, quam saepe μέν habet, idem valens atque μήν, maxime ap. Homerum et Herodotum, facile ex hac origine intelligi potest. Neque enim te effugiet, etiam in patria lingua numerale I. in adverbio einmal vim affirmativam induisse; e. gr. Das war einmal eine grosse That! i. e. das war eine einzig grosse That. Eadem ratione in vernacula lingua numerale tausend affirmativam significationem habere potest in exclamationibus: Tausend! der Tausend!

§ 3.

Ex ipsa autem rei natura apparet, disputationem de μέν et δέ particularum vi et usu distribuendam esse in has tris partes:

I. De vi et usu μέν particulae.
II. De vi et usu δέ particulae.
III. De collocatione μέν et δέ particularum.

Pars I.

De vi et usu μέν particulae.

§ 4.

Ex eis, quae disputavimus in § 2, apparet:

1) μέν particulam plerumque poni ita ut sequatur δέ. Nominabimus particulam hac vi praeditam μέν responsivum.

2) μέν particula ubi posita sit non sequente δέ, ellipsin locum habere. Quare particulam ita usurpatam liceat appellari: μέν ellipticum.

3) μέν particulam affirmationis vim saepe induisse. Vocabimus particulam hac potestate positam: μέν affirmativum[6]).

Primo igitur loco nobis disputandum erit de μέν responsivo.

---

[6]) Grammatici alius alio magis haec aut confundunt aut omittunt.

Caput I.

De μέν responsivo.

§ 5.

Ut μέν particulae vis et usus bene possit intelligi, pauca praemittenda videntur esse de δέ particula. De hac enim particula (apparet hoc ex eis, quae disputavimus in § 2) inprimis hae valent leges:

1) Ubi duo enuntiata non per aliam particulam, quae vim habet coniunctivam [7]), inter se iuncta et copulata sunt, alterum enuntiatum per δέ inferatur necesse est.

2) Neque vero coniunguntur solum enuntiata inter se per δέ, sed haec coniunctio etiam oppositionem potest continere.

Per δέ igitur enuntiata inter se aut coniunguntur aut opponuntur.

3) Jam in priore vero enuntiato μέν particula addita indicatur, alterum enuntiatum secuturum esse, quod aut
a) apte cum priore copulari, aut
b) ei opponi possit.

4) μέν particula addi non debet, quamquam per sententiam apte collocari potest. Ita Eum 640 πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον τῷ σῷ λόγῳ. αὐτὸς δ' ἔδησε πατέρα πρεσβύτην Κρόνον. quamquam apte potuit dici: πατρὸς μὲν ... Eum. 719: λέγεις· ἐγὼ δὲ μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης βαρεῖα χώρᾳ τῇδ' ὁμιλήσω πάλιν. = σὺ μὲν λέγεις· ἐγὼ δὲ κτλ. cf. Pers. 621.

Hinc efficitur, μέν — δέ = primum — deinde verti posse aut,

a) per: et — et, cum — tum etc., aut

b) per: quidem — sed, quamvis — tamen, aut — quod plerumque fit — prius enuntiatum accentu tantum efferri, alterum per sed opponi

a) Huius usus exempla ex tragoediis Aeschyleis praesto sunt:

Suppl. 957. καὶ δώματ' ἐστὶ πολλὰ μὲν τὰ δήμια, δεδωμάτωμαι δ' οὐδ' ἐγὼ σμικρᾷ χερί. Ag. 640. πόλει μὲν ἕλκος ἓν τὸ δήμιον τυχεῖν, πολλοὺς δὲ πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων ἄνδρας.

---

[7]) veluti γάρ, ἐπεί, ubi idem valet atque γάρ (Aesch. Suppl. 329: πόνου δ' ἴδοις ἂν οὐδαμοῦ ταυτόν πτερόν. ἐπεὶ τίς ἠΰχει κτλ.), οὖν, ἀλλά, ἀτάρ, αὐτάρ, αὖ, αὖτε, καίτοι, μέντοι, καί, τέ, ἠδέ κτλ.

Prom. 992. *πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσα φλὸξ λευκοπτέρῳ δὲ πνοᾷδι καὶ βροντήμασιν χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω.* 1043. *πρὸς ταῦτ' ἐμοὶ ῥιπτέσθω μὲν πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος, αἰθὴρ δ' ἐρεθιζέσθω βροντῇ κτλ.*

Sed haec hactenus.

b) quidem — sed.

Sept. 377. *Τυδεὺς μὲν ἤδη πρὸς πύλαισι Προιτίοιν βρέμει, πόρον δ' Ἰσμηνὸν οὐκ ἐᾷ περᾶν ὁ μάντις.* Eum. 407. *ταρβῶ μὲν οὐδέν, θαῦμα δ' ὄμμασιν πάρα.* 585. *λοιλαὶ μέν ἐσμεν, λέξομεν δὲ συντόμως.* 676. *ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος· μένω δ' ἀκοῦσαι κτλ.*

Prius enuntiatum accentu efferendum, alterum per sed opponendum est.

Pers. 338. *Ἕλλησιν μὲν .... Ξέρξῃ δὲ ..* 459. *πολλὰ μὲν .... τέλος δ' ....* Ag. 764. *ὕβρις μὲν ... Δίκα δὲ ..* 799. *τότε μὲν .... νῦν δ' ...* Ch. 142. *ἡμῖν μὲν ... τοῖς δ' ἐναντίοις ...* 225. *αὐτὸν μὲν ... κουρὰν δ' ...* 1031. *πράξαντι μὲν ... παρέντι δ' ...* 1061. *ὑμεῖς μὲν ... ἐγὼ δ' ...* Eum. 171. *βρότεα μὲν ... παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας ...* 313. *τὸν μὲν ... ὅστις δ' ...* 473. *σὺ μὲν ... αὗται δ' ...*

At longum est plura exempla adscribere, quum in unaquaque pagina legantur.

§ 6.

μέν et *δέ* particulae eiusdem enuntiati membra inter se opponunt.

Ubi *μέν* et *δέ* non enuntiata aut copulant aut opponunt inter se, i. e. ubi non enuntiatis sed eiusdem enuntiati singulis membris adiecta sunt, non coniunctivam, sed adversativam tantum habent vim.[8])

Suppl. 404. *νέμων εἰκότως ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις.* Ag. 145. *δεξιὰ μὲν, κατάμομφα δὲ φάσματα στρούθων.* 760. *μετὰ μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ.*

§ 7.

Quamquam non ex eodem, tamen ex simili genere ea exempla sunt, in quibus talis notio, qua verbum finitum accuratius explicatur, per *μέν* opponitur verbo finito cui

[8]) Haec lex, quamquam gravissima est, a grammaticis, quantum scio, verbis explanata non est. Eadem valet de *δέ*, in priore membro *μέν* particula non posita. cf. infra § 30.

adiicitur *δέ*. Huc pertinet illud vulgo laudatum exemplum Luciani D. D. 8. *ἄκων μὲν, κατοίσω δέ*. Quum enim simplex sententia haec sit: *ἄκων κατοίσω*, si per oppositionem sententiam exprimere voluerimus, dicendum erit *ἄκων μὲν, κατοίσω δέ*. Ea igitur vox (*ἄκων*) qua verbum finitum accuratius explicatur, verbo finito, quum re vera oppositio adsit, opponitur.[9]) Similiter Schiller: „Spät kommt Ihr, doch Ihr kommt."

Offendimur igitur eo. quod non eiusdem, sed diversi generis verba inter se opponuntur, velut verbum adiectivo etc. atque hac ipsa re differt hoc genus ab eo, quod in § 6 descripsimus. Locum ita comparatum apud Aeschylum non observavi, leguntur vero exempla pauca apud Sophoclem et Euripidem.

Soph. Ant. 1105. *οἴμοι· μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι τὸ δρᾶν*. Trach. 122. *ὧν ἐπιμεμφομένα σ' ἀδεῖα μέν, ἀντία δ' οἴσω*. Eurip. Phoen. 1421. *μόλις μέν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἦπαρ ξίφος*. Hel. 268. *βαρὺ μέν, οἰστέον δ' ὅμως*.

Similiter comparati sunt ei loci, in quibus *ἀλλ' ὅμως* ita usurpatur, ut in altera parte verbum ex eis, quae antecedunt, intelligendum sit. Ita in Eur. El. 753. *ἥκουσα κἀγώ, τηλόθεν μέν, ἀλλ' ὅμως*. J. A. 904. *μάτην μέν, ἀλλ' ὅμως*. Bacch. 1027. *ὡς σε στενάζω, δοῦλος ὢν μέν, ἀλλ' ὅμως*.

§ 8.

μέν et *δέ* in repetitione eiusdem vel similis vocis. (Anaphora.)

Saepissime per *μέν* et *δέ* sive eadem sive similis vox repetitur. Atque hoc quidem ita fit, ut ea vox, quae repetitur, duabus eiusdem sententiae partibus sit communis; quare ubi semel tantum posita est, membra per *τέ — καί* coniungantur necesse est. Atque in hac quidem re ita versantur et scriptores et poëtae, ut non solum eandem, sed etiam similem vocem per has particulas repetant. Ea est igitur particularum vis, ut unam eandemque vocem cum diversis rebus conjungant. Atque hae quidem res non solum diversae, sed etiam oppositae esse possunt.[10]) Ita verba Aeschyli in Ag. 508. *νῦν χαῖρε μέν*

---

[9]) Hartung. l. s. s. II. p. 404. 2. Matth. Gr. Gr. §. 622. 3. qui laudat Wunderi adnot. ad Soph. O. C. 521.

[10]) „Neque enim simpliciter connectit similes notiones in his locis particula, sed ei, quae iam significata est, similisnotio quodam modo opponitur." Klotzius l. s. s. II. p. 361. Haec mera sunt verba, quae ne minimum quidem conferunt ad intelligendum sive explicandum hunc usum.

χθὼν, χαῖρε δ' ἡλίου φάος, idem valent atque haec: *νῦν χαῖρε χθών τε καὶ ἡλίου φάος*, aut Soph. O. C. 141. *δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν = δεινὸς ὁρᾶν τε καὶ κλύειν.*

A. Eadem vox repetitur.

a) Substantivum.

Aesch. Pers. 550. *Ξέρξης μὲν ἄγαγεν, τοτοῖ, Ξέρξης δ' ἀπώλεσεν, τοτοῖ, Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπεν.* Ibid. 560. *νᾶες μὲν ἄγαγον, τοτοῖ, νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ.*

b) Verbum.

Aesch Pers. 694. *σέβομαι μὲν προσιδέσθαι, σέβομαι δ' ἀντία λέξαι.* Ibid. 701. *δίεμαι μὲν χαρίσασθαι, δίεμαι δ' ἀντία φάσθαι.* Ch. 935. *ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις..... ἔμολε δ' ἐς δόμον... διπλοῦς λέων.*

c) Adiectivum.

Aesch. Ag. 206. *βαρεῖα μὲν — βαρεῖα δ'.* Sept. 911. *σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ' ἔχουσιν, σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσιν.*

d) Adverbium.

Apud Aeschylum non legitur. cf. Soph. O. R. 4. O. C. 1313. Trach. 229. Eur. Alc. 291. J. A. 990.

e) Praepositio.

Aesch. Ch. 436. (cf. Soph. Trach. 1053.) *ἔκατι μὲν δαιμόνων, ἔκατι δ' ἁμᾶν χερῶν.*

Differt vero ab his locis Pers. 157. *ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη, μῆτερ ἡ Ξέρξου γεραιὰ, χαῖρε, Δαρείου γύναι, θεοῦ μὲν εὐνήτειρα Περσῶν, θεοῦ δὲ καὶ μήτηρ ἔφυς. Θεοῦ* enim non ad idem nomen spectat, ut in locis supra scriptis, sed alterum ad Darium, alterum ad Xerxem pertinet. Ceterum recte explicavit locum Hermannus: „*εὐνήτειρα* vocativus est, cui quum alter deberet addi vocativus *θεοῦ δὲ καὶ μῆτερ*, mutatur forma orationis, quia hac tantum conditione mater Persarum dei vocari potest Atossa, si Xerxes eadem qua Darius fortuna utatur.“

B. Similis vox repetitur.

a) Verbum. Apud Aeschylum non invenitur. cf. Soph. Ant. 93. Eur. Hipp. 473. Herc. fur. 840.

Multo melius de hac re disputavit Hartungius, quamquam non explicavit eam l. s. s. II. p. 407. 6 dicens: „Darum machen *μέν — δέ* die Vielheit der zusammengebrachten Dinge anschaulich und werden namentlich gerne gebraucht, wenn, eben um die Wiederholung recht fühlbar zu machen, dasselbe Wort bei jedem der Glieder wiederkehrt u. s. w.“ Neque etiam Krueger I. § 59, 1, 4, II. 2. § 59, 1, 2, Matthiae Gr. Gr. § 622, 2, Reiz. apud Herm. ad Viger. p. 841, 336. hoc exposuerunt.

b) Adiectivum.

Aesch. Pers. 27. *φοβεροὶ μὲν ἰδεῖν, δεινοὶ δὲ μάχην.* Prom. 197. *ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε, ἄλγος δὲ σιγᾶν, πανταχῇ δὲ δύσποτμα* pro *δύσποτμα δὲ πανταχῇ.* (*καὶ?*) Prom. 238. *πάσχειν μὲν ἀλγεινατοῖσιν, οἰκτραῖσιν δ'ἰδεῖν.*

c) Adverbium. Ab Aeschylo usurpatum non est. cf. Soph. Ant. 669.

Ab his exemplis diversa sunt ea, in quibus coniunctio per *μέν* et *δέ* repetitur, veluti *εἰ μέν, εἰ δέ*. Haec enim repetitio, qua duae protases inter se opponuntur, necessaria est, — necessaria igitur etiam *δέ* particula, *μέν* vero in priore membro aut poni aut omitti potest. cf. infra § 34. *Μέν* et *δέ* autem in talibus sententiis, quamquam ad totam spectant protasin, post coniunctionem ponuntur, neque vero sive post totam sententiam sive post unam alteramve sententiae partem possunt collocari.

εἰ μὲν—εἰ δέ. Aesch. Suppl. 472. Sept. 4. Ag. 866 (*μὲν εἰ*). Eum. 885. Prom. 819. *ἢν μὲν—ἢν δέ*. Non legitur apud Aeschylum. cf. igitur Eur. Cycl. 573. Hel. 506. Med. 389. Or 1195. — *ὡς μὲν — ὡς δέ*. Hec. 613. *κἂν μὲν — εἰ δέ*. Med. 241.

Non discrepat Ch. 309, ubi praepositio quidem per *μέν* et *δέ* repetitur, sed particulae re vera ad totas spectant sententias. *ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ γλῶσσα τελείσθω.... ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν πληγὴν τινέτω.*

Minime etiam huius generis esse ea exempla luce est clarius, in quibus idem verbum vel simile, quamquam per *μέν* et *δέ* repetitur, tamen in alio membro aliud significat, veluti *ὅ μὲν—ὅ δέ .... ἄλλο μὲν—ἄλλο δέ* sive utrumque confusum. Ita *τὸ μὲν, ἄλλο δέ*. Aesch. Sept. 759. *πολλὰ μὲν, πολλὰ δέ*. Aesch. Pers. 707. Ag. 1295. *οὔς μὲν, οὔς δέ*. Soph. O. R. 1273. *ὅσαι μέν, ὅσαι δέ*. Eur. J. T. 968. Bacch. 226.

τοτὲ μὲν—τοτὲ δέ. Aesch. Ag. 100.

νῦν δὴ μὲν—νῦν δέ. Hipp. 233. A sordibus non est immunis locus, qui legitur in Aesch. Sept. 21.

καὶ νῦν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός. χρόνον γὰρ ἤδη τόνδε πυργηρουμένοις καλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κυρεῖ. νῦν δ'ὡς ὁ μάντις φησὶν κτλ.

Opponuntur sibi *νῦν μὲν, νῦν δέ* quae quidem verba non aliud possunt sonare, nisi mox, mox, ut in illo l. s. s. Eurip. Hipp. 233. Haec autem sententia nostro loco minime quadrat. Eteocles potius dicere vult: „Usque ad hunc diem deus nobis favit; nunc vero adversa fortuna

utemur", id quod librorum verbis non exprimitur. Scribendum videtur *χἠμῖν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός.*

Haec verba *χἠμῖν* si pronuntiabantur, non aliter fere sonabant, quam ea, quae in libris tradita sunt, ita ut facile vitium illud in verborum seriem posset irrepere. Hanc vero scripturam esse genuinam, testatur scholiasta Byzantinus B. Is enim haec scribit: *καὶ νῦν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός. μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας καλῶς ἡμῖν ἐκτύχης ἔχει τὰ πράγματα.*

Quod scholion si cum Mediceo conferimus, omissis particulis omnia scholiastae verba congruunt cum codicum verbis. Unum autem *ἡμῖν* habet scholiasta, pro quo in codd. legitur *νῦν*. Abiiciamus igitur *νῦν* scribamusque scholii auctoritate permoti *χἠμῖν*. *Μέν* autem, quod ad *ἐς τόδ' ἦμαρ* pertinet, huic notioni praepositum est, quam collocationem frequentatam esse infra ostendam.

§ 9.

μέν et *δέ* particulae per anacoluthiam ponuntur.

μέν et *δέ*, quum per se duobus enuntiatis aut eiusdem enuntiati diversis membris adiiciantur necesse sit, tamen haud raro per anacoluthiam duabus sententiis inseruntur, quae non eadem comparata sunt ratione.

A. In transitu ab obliqua ad orationem directam.

Non nunquam fit, ut ea sententia, quae infertur per *μέν*, pendeat ex enuntiato antecedente, ea vero, cui *δέ* additum est, per se ponatur. [11]) Aesch. Sept. 758.

Κακῶν δ' ὅπλισιν θάλασσα κῦμ' ἄγει. τὸ μὲν λίαν, ἄλλο δ' ἀείρει τρίχαλον, ὃ καὶ περὶ πρύμναν πόλεως κακλάζει. Ex alterius enim partis ratione pro *ἄλλο δ' ἀείρει* participium poni debuit.

Ex eodem genere est Ag. 1170. *Ἄκος δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν τὸ μὴ πόλιν μὲν ὧδε οὖν ἔχει παθεῖν, ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμπέδῳ βαλῶ.*

Altera enim sententia *ἐγὼ δὲ* .... pendere debuit ex *ἄκος δ'. οὐ. ἐπ.* Quum vero ex oratione obliqua transitus fiat in directam, *μέν* et *δέ* particulae per anacoluthiam positae sunt. Attamen summo iure in hoc loco — neque enim a sordibus immunis est — haesitarunt interpretes, quamquam ei non satis subvenisse mihi videntur. Est enim inter strophan et antistrophum mirus verborum con-

[11]) cf. Krügeri Gr. Gr. I. § 59, 2, 8, qui exempla ex scriptoribus narravit, de poëtis nihil docuit.

centus — quem critici h. l. prorsus neglexerunt — qui non solum in interiectionibus cernitur et in appellationibus, quae fiunt per vocativum, verum etiam in verbis, quibus versus et incipit et finitur. [12]) Ita in

Str. *ἰὼ γάμοι γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων.*
Ant. *ἰὼ πόνοι πόνοι πόλεος ὀλομένας τὸ πᾶν.* (*ὀλόμενοι*?)
Str. *ἰὼ Σκαμάνδρου πάτριον ποτόν.*
Ant. *ἰὼ πρόπυργοι θύσιαι πατρὸς.*
(Alterum horum versuum labem contraxisse, collocatio verborum *πάτριον* et *πατρὸς* docet.)
Str. *ὄχθους ἔοικα θεσπιῳδήσειν τάχα* (finis).
Ant. *ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμπέδῳ βαλῶ.*

Non solum *ἐμπέδῳ* vitiosum, — id quod iam ab aliis intellectum — sed etiam *τάχ'* suo loco motum esse manifestum est. Itaque ut concinnitas in fine versus oriatur scribendum est:

Ant. *ἐγὼ δὲ θερμόνους πέδοι βαλῶ τάχα.*

Quid autem scriptum fuerit pro *θερμόνους*, anceps videtur, sed prae aliis placet Musgravii coniectura, quam Hartungius amplexus est *θερμὸν ῥοῦν*. Pessime coniecerunt Canterus *θερμὸν οὖς*, quod placuit Hermanno, Schneidewinus *θερμόχουν στάγ'*, servato *θερμόνους* Bothius *ἐμπέσω βόλῳ*, Weilius *ἐμπηδῶ βόλῳ*. —

B. Enuntiatum relativum per *μέν* particulam infertur, alterum vero enuntiatum, cui *δέ* additum est, per se stat. [13])

Huius generis locus legitur in Prom. 753. *ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον, αὕτη γὰρ ἦν ἂν σημάτων ἀπαλλαγή, νῦν δ' οὐδέν ἐστι τέρμα μοι προκείμενον μόχθων κτλ.* [14]) Hic locus differt ab eis qui antecedunt, eo quod sententia interposita permotus poëta constructionem mutavit. Qua mutatione facta *μοι* pronomen poni debuit, in quo anacoluthia inest. cf. Krügeri Gr. Gr. I. § 60, 6, 2, qui haec exempla laudat:

Sophoclis: *καὶ νῦν τί χρὴ δρᾶν, ὅστις ἐμφανῶς θεοῖς ἐχθαίρομαι, μισεῖ δέ μ' Ἑλλήνων στρατός;*

Euripidis: *ὅστις λέγει μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργ' ἐφ' οἷς λέγει αἴσχρ' ἐστὶν αὐτοῦ, τοῦτον οὐκ αἰνῶ ποτε.*

---

[12]) De hoc concentu primus disputavit Rud. Westphalus in Emend. Aesch. p. 7, qui demonstravit, quanti momenti sit in fabulis Aeschyleis emendandis.

[13]) cf. Krügeri Gr. Gr. I. § 59, 2, 6, qui exempla ex scriptoribus attulit.

[14]) Falso hunc locum intellexit Hartungius l. s. s. II. p. 411.

§ 10.

Quamquam coniunctionibus *μέν* et *δέ* etiam partes dissimiles coniungi posse vidimus, tamen prioris membri participium cum posterioris verbo committi non potest.

Hoc iam Vigerus recte monuit p. 533. IV. Neque vero iuste ei oblocutus est G. Hermannus ad Vig. adn. 334 dicens; „Fallitur. Nam si modo res vere inter se oppositae sunt, ita ut *μέν* quamvis sit, commode potest participium esse in priori membro. Sophocles in Trach. 122 etiam adiectivo *μέν* ita iunxit: *ὧν ἐπιμεμφομένα σ' ἁδεῖα μὲν, ἀντία δ' οἴσω*, quare succensens tibi, quamvis leniter, contraria tamen dicam. *Ἄκοντες μέν, ἔφερον δέ.* v. Irmisch. Add. ad Herodian. III. p. 654.“ Exempla enim, quae Hermannus attulit, prorsus alius generis sunt. Similia sunt eis quae narravi in § 7. Neque vero exemplum attulit, quo demonstratur id quod demonstrandum fuit, neque et ego tale exemplum observavi aut apud Aeschylum aut apud alium scriptorem. Prorsus vero diversus est locus, qui legitur in Ch. 382 sqq. *Ζεῦ Ζεῦ, κάτωθεν ἀμπέμπων ὑστερόποινον ἄταν βροτῶν τλάμονι καὶ πανούργῳ χειρὶ, τοκεῦσι δ' ὅμως τελοῖτο.*

Quamquam enim h. l. *μέν* participio additum non est, tamen Hermannus sententiam idem valere arbitratus est, ac si dictum esset *ἀμπέμπων μέν*. Explicat enim: „O Juppiter, qui ab inferis poenam mittis hominum malefactis, in patris gratiam pariter haec perficiantur, i. e. mitte poenam quae patris caedem ulciscatur. *Δέ* ita explicandum. *Ζεῦ, ἀναπέμπεις μὲν — ἀνάπεμψον δὲ ὁμῶς.*“ Omni ex parte haec reiicienda esse existimo. Primum enim ex eis quae disputavi in § 6 sequitur, *μέν* et *δέ* (idem valere de *δέ* non addito *μέν*, infra in § 30 videbimus) ubi non enuntiatis, sed eiusdem enuntiati singulis partibus addita sint, non coniunctivam, sed adversativam tantum vim habere. Ita etiam in § 7 perspeximus, re vera singula eiusdem enuntiati membra per *μέν* et *δέ* inter se opponi. Ponamus igitur cum Hermanno, prioris membri participium cum posterioris verbo committi posse, attamen necesse est re vera participium illud et verbum finitum inter se opposita sint. Concedit hoc etiam Hermannus in adn. ad Viger., quam supra attulimus. In qua vero re h. l. oppositio inest? Tantum abest, ut adsit oppositio, ut voce *ὁμῶς* i. e. pariter negetur! Hermanno repetitio notionis similis per *δέ* in mente fuisse videtur, quum explicet *ἀναπέμπεις μέν — ἀνάπεμψον δὲ ὁμῶς*. At de hoc loquendi usu ne minime quidem posse cogitari satis apparet ex eis, quae disputavi

in § 8. Deinde vero accedit, quod ὁμῶς antecedente δ' (=δ' ὁμῶς) nunquam sonare potest pariter. sed semper tamen (δ' ὅμως) significat. A sententia vero pariter flagitatur.

Habet igitur hic locus insignia quaedem incommoda, quae neminem praeterire possunt. Quare examinemus veterum interpretum testimonium, quod nobis quidem nondum satis examinatum videtur. Extat hoc scholion: *ἵνα τὸ ὅμοιον καὶ ἴσον τῷ πατρί μου φυλαχθῇ.* Scholiastam legisse *τοκεῦσιν ὅπως τελῆται* Hermannus cum Scaligero opinatus atque hic quidem hanc lectionem restituendam esse ratus est. Qui si scholion accuratius considerassent, certissime genuinam scripturam aliam fuisse intellexissent. Grammaticus enim vocem ὁμῶς explicat per *τὸ ὅμοιον καὶ ἴσον*, verbum *τοκεῦσι* per *τῷ πατρίμου* et optativum *τελοῖτο* per *ἵνα φυλαχθῇ*. Ubinam igitur corruptionis sedes? In sola particula δ', quum neque a sententia explicari possit, neque a scholiasta lectitata sit. Abiiciamus igitur eam scribamusque

τοκεῦσιν	ὁμῶς	*τελοῖτο.*
τῷ πατρί μου	*τὸ ὅμοιον καὶ ἴσον*	*ἵνα φυλαχθῇ.*

§ 11.

Interdum concinnitatis causa duo enuntiata, quorum alterum alteri subiungi debuit, per *μέν* et *δέ* sive etiam per solum *δέ* disiunguntur.[15])

Aesch. Prom. 507. *μὴ νυν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα, σαυτοῦ δ' ἀκήδει.* Soph. Trach. 229. *ἀλλ' εὖ μὲν ἴγμεθ', εὖ δε προσφωνούμεθα.* Trach. 54 eodem modo *μὲν — ἀτάρ. πῶς παισὶ μὲν τοσοῖσδε πλησθέις, ἀτὰρ ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινά;* Eur. Hel. 922. *εἰ δ' οὖσα μάντις καὶ τὰ θεῖ' ἡγουμένη τὸ μὲν δίκαιον τοῦ πατρὸς διαφθερεῖς, τῷ δ' οὐ δικαίῳ συγγόνῳ δώσεις χάριν, αἰσχρὸν τὰ μέν σε θεῖα πάντ' ἐξειδέναι τά τ' ὄντα καὶ μή, τὰ δὲ δίκαια μὴ εἰδέναι = σὲ τὰ θεῖα πάντ' ἐξειδῆναι τά τ' ὄντα καὶ μὴ τὰ δίκαια μὴ εἰδέναι.* Heracl. 701. *αἰσχρὸν γὰρ οἰκούρημα γίγνεται τόδε τοὺς μὲν μάχεσθαι, τοὺς δ' δειλία μένειν = τῶν ἄλλων μαχομένων ἡμᾶς δειλία μένειν.* El. 336. *αἰσχρὸν γὰρ, εἰ πατὴρ μὲν ἐξῆλεν Φρύγας, ὁ δ' ἄνδρ' ἕν' εἰς ὧν οὐ δυνήσεται κτανεῖν νέος πεφυκὼς κἀξ ἀμείνονος πατρὸς = πατρὸς ἐξελόντος Φρύγας*

[15]) Matth. Gr. Gr. § 622, 4, et quos citavit „Wolf. ad Dem. Lept. p. 224, liter. Anal. 1, p. 318 sq. Buttmann. Gr. Gr. (ed. 10ma) p. 434. Heind. ad Plat. Gorg. § 144. Schaefer app. Dem. 4, p. 186 sq. Poppo ad Xen. Cyr. 2, 2, 5. Poppo ad Luc. p. 52." Praeterea cf Schneidew. ad Soph. O. R. 1271. Trach. 54. O. R. 263. Naegelsb. exc. 12 ad Iliad. Pflugk. ad Eur. Hel. 922. Heracl. 701. Krüger Gr. Gr. I. § 69. 16, 3, ad Dion. hist. p. 238, ad Xen. An. 7, 3, 16.

οὗτος ἄνδρα etc. Phoen. 546. εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς, σὺ δ' οὐκ ἀνέξει δωμάτων ἔχων ἴσον καὶ τῷδ' ἀπονέμειν = ἡλίου νυκτός τε δουλεύοντος βροτοῖς οὐ οὐκ ἀνέξει etc. Hec. 592. οὔκουν δεινόν, εἰ γῆ μὲν κακὴ τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν εὖ στάχυν φορεῖ, χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν κακὸν δίδωσι καρπόν = ἐπεὶ γῆ κακὴ ... φέρει, εἰ χρηστὴ ἁμαρτοῦσ' ...

§ 11.

1) Ea genera anacoluthiae, de quibus Krüger in Gr. Gr. I. § 56, 14, 1 - 2 disputavit, a tragg. poett. aliena sunt. Ita docet in Gr. Gr. § 56, 14, 1 per *μέν* et *δέ* duo coniungi posse participia, quorum alterum causam, alterum conditionem contineat, e. gr. *Ἔφη κατὰ τὸ εἰκὸς κρατήσειν σφᾶς τῶν πολεμίων, ἀνδρίας μὲν σφίσιν ὑπαρχούσης, εὐταξίας δὲ προσγενομένης.* (Thucyd.) ibid. 14. 2 per *μέν* et *δέ* duo participia coniungi posse, quorum alterum absolute positum, alterum ad nomen relatum sit, e. gr. *οἴονται χρῆναι οὕτω ῥᾳδίως ὃν ἂν βούλωνται κακῶς ποιεῖν, ὥσπερ τῶν μὲν ἄλλων ἀδικούντων, ἄριστοι δὲ ἄνδρες αὐτοὶ γεγενημένοι.*

2) Neque etiam eius generis exemplum ap. poett. tragg. est, de quo locuti sunt Werfer in Act. Monac. I. p. 88 sqq., Buttmannus ad Demosth. Mid. p. 153, ubi plures huius generis locos collegit, Matthiaeus in Gr. Gr. § 622, 5. Krüger in Gr. Gr. § 69, 16, 2. Ut enim in communi sermone in solis protasibus particula *μέν* et *δέ* sibi respondent (veluti *εἰ μέν — εἰ δέ*, *ὃς μέν — ὃς δέ*, e. gr. *οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα ἔστιν ἐμοί· οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα δὲ αὖ σοί*), ita haud raro in hac forma apud scriptores in priori membro duplex *μέν*, in posteriore duplex *δέ* reperitur, ut si in exemplo proposito ponamus: *οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοί· οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα δὲ αὖ σοί.* Recte Buttmannus l. s. s. „Quoties, inquit, apud Atticos per duplex eiusmodi *μέν* duplexque *δέ* incedit oratio, facile quivis sentiat, graviorem fieri orationem.“ Ex eodem genere sunt ea exempla, in quibus duplex legitur *μέν*, ad quod uno respicitur *δέ*. Ita Xenoph. Oec. 4, 7. *οἳ μὲν ἂν φαίνωνται τῶν φρουράρχων τὸν ἄριθμὸν τὸν τεταγμένον ἔχειλεων ἔχοντες, τούτους μὲν τοὺς ἄρχοντας — καταπλουτίζει· οὓς δ' ἂν εὕρῃ τῶν ἀρχόντων ἢ καταμελοῦντας τῶν φρουράρχων ἢ κατακερδαίνοντας, τούτους χαλεπῶς κολάζει.*

Sufficiant, quae hactenus dicta sunt, de hoc loquendi genere, quum apud tragicos poetas frustra quaeratur. Qui accuratius haec vult intelligere, eum relego ad Buttmanni exc. II. ad Demosth. Mid.

§ 13.

ὁ μέν reticetur sequente δέ.

ὁ μέν interdum omittitur sequente δέ. Nam in celeri orationis cursu oratio saepe instituitur ita ut sine distributionis aut oppositionis significatu prius membrum ponatur. Primum igitur res ponitur universa, deinde vero partitione ὁ δέ, οἱ δέ etc. ostenditur, priora quoque verba in universum non iam accipi posse. [16]) Ex hoc genere est illud Homeri vulgo laudatum Il. 22, 157. *Τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων* i. e. *ὁ μὲν φεύγων, ὁ δ' κτλ.*

Quum in Aeschyleis fabulis huius generis locum non observarerim, exempla adscribam, quae ap. Soph. et Eurip. leguntur sive ab aliis laudata sive a me notata.

Soph. Trach. 116. *οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου πολύπονον ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον = τὸ μὲν τρέφει* (Hartungius *στρέφει*). 134. *μένει γὰρ οὔτ' αἰόλα νὺξ βροτοῖσιν οὔτε κῆρες οὔτε πλοῦτος, ἀλλ' ἄφαρ βέβακε, τῷ δ' ἐπέρχεται χαίρειν τε καὶ στέρεσθαι = ἀλλὰ τῷ μὲν ἄφαρ βέβακε.* O. R. 1229. *οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην, ὅσα κεύθει, τὰ δ' αὐτίκ' εἰς τὸ φῶς φανεῖ κακὰ ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα = τὰ μὲν κεύθει.* Eur. J. T. 1350. *κοντοῖς δὲ πρῷραν εἶχον, οἱ δ' ἐπωτίδων, ἄγκυραν ἐξανῆπτον, οἱ δὲ κλίμακας σπεύδοντες ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια. πόντῳ δὲ δόντες τοῖν ξένοιν καθίεσαν = κοντοῖς δὲ οἱ μὲν πρῷραν εἶχον.* Herc. fur. 571. *Καδμείων δ' ὅσους κακοὺς ἐφεῦρον εὖ παθόντας ἐξ ἐμοῦ, τῷ καλλινίκῳ τῷδ' ὅπλῳ χειρώσομαι, τοὺς δὲ πτερωτοῖς διαφορῶν τοξεύμασι, νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου = τοὺς μὲν τῷ καλλινίκῳ κτλ.* 636. *ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ = οἱ μὲν ἔχουσιν.* Hec. 1160. *κᾆτ' ἐκ γαληνῶν — πῶς δοκεῖς; — προσφθεγμάτων εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν' ἐκ πέπλων ποθὲν κεντοῦσι παῖδας, αἱ δὲ πολεμίων δίκην ξυναρπάσασαι τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας καὶ κῶλα = αἱ μὲν κεντοῦσι κτλ.* [17])

---

[16]) Herm. ad Vig. p. 699. adn. 4. — Hartung. l. s. s. I. 164. — Klotz. l. s. s. II. p. 357 sq. — Krüger. I § 50, 1. 4. II. § 50, 1, 8. — Elmsl. ad Eur. Med. 137. — Pflugk. ad Herc. fur. 636. ad Hec. 1160.

[17]) Simili modo *ἄλλοτε* in priore membro reticetur. Soph. Trach. 11: *φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος δράκων ἑλικτός, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανος.* El. 752. *φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ σκέλη προφαίνων* scil. *ποτὲ μέν.* Neque vero in El. 106. *ἔστ' ἂν παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπὰς, λεύσσω δὲ τόδ' ἦμαρ,* ubi Herm. prius *λεύσσω* subditicium esse putavit, ad prius membrum *λεύσσω μὲν* posse intelligi, id quod interpretes opinati sunt, pro certo affirmari potest.

§ 14.

μέν——μέν‿δέ.

In tragoediis Graecis haud raro ea sententia, cui *μέν* adiectum est, longiore oratione interposita, iterum *μέν* particula addita comprehenditur, ut oppositio per *δέ* magis perspicua fiat. [18])

Ita in Aesch. Sept. 1007. *Ἐτεοκλέα μὲν τόνδ' ἐπ' εὐνοίᾳ χθονὸς θάπτειν ἔδοξε γῆς φίλαις καταιχαφαῖς.*

Haec sententia tribus versibus interpositis v. 1002 comprehenditur *οὕτω μὲν ἀμφὶ τοῦδ' ἐπίσταλται λέγειν.*

Tum vero sequuntur ea, quae opposita sunt *τοὐτου δ' ἀδελφὸν τόνδε Πολυνείκους νεκρὸν ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον χιλ.*

Orationis forma igitur haec est:

μέν——μέν‿δέ.

Sept. 1007. 1012. 1013.

Eadem forma Ag. 810. 829. 830.

Similitudinem habent hi loci:

Eum. 443. 453. 454.

Nam *πρῶτον = πρῶτον μέν. οὕτω μέν‿δέ.*

ibid. 587. 589. 591.

Nam *πρῶτον = πρῶτον μέν. ἓν μέν. γεμέντοι = δέ.*

Alia orationis forma est in Pers. 337.

336. *πλήθους μέν.*
338. *Ἕλλησιν μέν.*
341. *Ξέρξῃ δέ.*
341. *χιλιὰς μέν.*
342. *αἱ δ' ὑπέρκομποι.*
345. *ἀλλ' ὧδε δαίμων = δέ.*

§ 15.

Non raro inveniuntur exempla et apud scriptores et apud poëtas, in quibus particulae *μέν* non respondet *δέ*, sed alia particula similis significationis [19]) Cur haec responsio possit fieri explicabimus infra, ubi de singulis particulis disputabimus.

---

[18]) cf. Krügeri Gr. Gr. I. § 59, 1, 11, qui exempla huius generis ex Thucydide collegit.

[19]) cf. Matth. Gr. Gr. § 622, 7. — Zeune ad Vig. p. 536. adn. 75. Hartung. l. s. s. II. 404. — Klotz. l. s. s. II. 658. sq. — Krüger. l. s. s. I. § 69, 35, 3.

1) *μέν — ἀλλά.* [20])

Aesch. Pers. 179. *πολλοῖς μὲν ἀεὶ νυκτέροις ὀνείραιν ξύναιμ', ἀφ' οὗπερ παῖς ἐμὸς στείλας στρατὸν Ἰαόνων γᾶν οἴχεται πέρσαι θέλων. ἀλλ' οὔτι πω τοιόνδ' ἐναργὲς εἶδόμην κτλ.* Eadem ratione 337 cf. 345. — 525 cf. 526. Ag. 915 cf. 916. Ch. 372 cf. 375. — 585 cf. 595. 744 cf. 747.

2) *μέν — ἀλλ' ὅμως.* [21])

Apud Aesch. non invenitur. cf. Soph. O. R. 998. *εὐτυχῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως τὰ τῶν τεκόντων ὄμμαθ' ἥδιστον βλέπειν.* El. 450. Phil. 1373. Eur. Alc. 218. 353. Hipp. 47. 795. El. 753. J. A. 688. 904. Hel. 1232. Heracl. 928. Andr. 955. Hec. 218. 824. Bacch. 775. 1027. Herc. fur. 113. 1365. Or. 1023. Troi. 366. Phoen. 438. 1069.

3) *μέν — ὅμως δέ.*

Eo differt ab *ἀλλ' ὅμως*, quo *δέ* ab *ἀλλά*. Aesch. Pers. 254. Sept. 615. Neque vero Eum. 473. *ἄλλως τε καὶ σὺ μὲν κατηρτυκὼς ὅμως ἑκόντις προσῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις. ὅμως δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει. αὗται δ' ἔχουσι μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον κτλ.* huc vocari potest. Nam verbis *σὺ μὲν* revera opposita sunt haec: *αὗται δ' ἔχουσι μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον — καὶ μὴ τυχοῦσαι κτλ.* Offendimur autem verbis interpositis v. 475 *ὅμως δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει. ὅμως δ'* enim sententiarum cohaerentiae obluctatur, verbis autem *αὗται δ' ἔχουσι κτλ.* illa *ἄλλως τε καὶ σὺ μὲν* continuantur. Quare equidem arbitror v. 475 *ὅμως δ' ἄμομφον* a suo loco motum sine ulla mutatione ponendum esse post v. 481. Neque enim apte post 479, quo Wellauer opinatus est, potest collocari, quum *ἀμφότερα κτλ.* pertineant ad Eumenides, de quibus igitur in antecedentibus verbis sermo esse debet. Facta hac traiectione omnia sunt in ordinem redacta, nisi quod pro *ὅμως* scribendum est *ἐμοῖς*. Ita si totum locum legimus, non necesse est mutetur etiam alterum *ὅμως δ'* id quod plerumque factum est. Neque enim intelligitur, quo modo uno eodemque loco bis eadem vox depravari potuerit. — Pro *ὅμως δέ* etiam *δ' ὅμως* dici potest. cf. Eur. Jon. 934. Hel. 1551. Heracl. 870. *μέν* particulae solum *ὅμως* non addito *δέ* sive *ἀλλά* respondere non solet.

---

[20]) Recte Klotzius l. s. s II. p. 3: „Non enim potest *ἀλλά* particula sic usurpari, nisi gravior quaedam oppositio inter duo enuntiata intercedit, ita ut quod in altero membro negetur, adfirmetur in altero, aut omnino actiones inter se contrariae componantur."

[21]) De vi et usu harum particularum bene disputavit Klotzius l. s. s. II. p. 72 sq., apte *ἀλλ' ὅμως* comparans cum Latinis particulis attamen et Germanicis aber gleichwohl.

4) *μέν — ἀτάρ*[22]).

Apud Aeschylum non legitur; nam in Prom. 340. *τὰ μέν σ' ἐπαινῶ κοὐδαμῇ λήξω ποτέ. προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις· ἀτὰρ μηδὲν πόνει* — videtur quidem respondere neque vero respondet; est enim supplendum: *τὰ δ' οὔ σ' ἐπαινῶ· οὐδὲν γὰρ πονεῖς* cf. infra § 22. Legitur autem in Soph. Trach. 54. 760. O. R. 1052. Eur. Troi. 343. 415. 895. Med. 83. Hipp. 1249.

5) *μέν — μέντοι*[23]).

Aesch. Eum. 591. *Χο. ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων. Ορ. οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον. Χο. εἰπεῖν γε μέντοι δεῖ σ' ὅπως κατέκτανες.* Soph. Phil. 350. O. R. 777. (*μέν ... γε μέντοι* = certe tamen.) Eur. Med 1145.

6) *μέν — δ' αὖ* sive *αὖ*[24]).

In tragoediis Aeschyleis non invenitur. Apud Sophoclem in El. 910. Eadem ratione in Ant. 1302 *μέν — αὖθις δέ.*

7) *μέν — αὖθις*[25]).

Soph. Ant. 165. *τοῦτο μέν — τοῦτ' αὖθις.* Non respondent particulae *μέν* ap. poett. tragg. *αὐτάρ, αὖτε*, quae in hac responsione apud Homerum leguntur, neque etiam *μήν* (ut ap. Plat. in Phaedr. p. 268 cf. Stallb ad Plat.

---

[22]) Recte Klotzius l. s. s. II. p. 195 docuit *ἀτάρ* quum nihil sit nisi adtenuata quaedam atque imminuta forma particulae *αὐτάρ*, antiquitus hanc habuisse vim et potestatem, ut esset rursus igitur (= *αὖτε ἄρα*). Mox vero factum esse, ut, quemadmodum id etiam in simplici particula *αὖ* usu venerit, *αὐτάρ* vel *ἀτάρ* nihil aliud fere significare videretur nisi contra. Ex hac origine perspicitur, cur *μέν* particulae possit respondere. Ita Soph. Trach. 54 sq. *πῶς παισὶ μὲν τοσοῖσδε πλησθέις, ἀτὰρ ἀνδρὸς κατὰ ζήτειν οὐ πέμπεις τινά*, quem locum Klotzius explicavit: „Quid? tu liberis quidem, quos tot habes, abundas, at igitur ad virum quaerendum non mittis quemquam?“

[23]) Ex origine *μέντοι* particulae *μέν* respondere non potest. Continet enim gravissimam adseverationem, quum composita sit ex *μέν* affirmativo et *τοί* affirmativo. Duplex igitur affirmatio huic particulae inest. Quare ex origine quidem *μέν — μέντοι* non ita possunt usurpari, ut *μέν — δέ* inter se opposita sunt. Postea vero factum est, ut *μέντοι* tamen significaret, quae frequentissima eius significatio est. Hanc vim et potestatem quum induisset, etiam *μέν* particulae potuit opponi. Omnino *μέντοι* posterioris videtur esse originis. In Iliade, quantum scio, non legitur, in Od. cf. 4, 157 primariam habet significationem.

[24]) Recte Klotzius l. s. s. II. 210: „voculae *αὖ* praeponitur saepe numero . . particula *δέ*, ut utraque particula suam habeat vim. . . . Quod si in eiusmodi locis praecedente *μέν* particula ponitur *αὖ* sive *δέ*, vis ipsa, quam habet natura sua *αὖ* particula, illam oppositionis significationem supervacaneam fecit, ut iure dici possit particula *μέν* etiam excipi a particula *αὖ*, quippe eo rei discrimine, quod vis particulae ipsa praecipiat.“ cf. II. 11, 103. 108.

[25]) Manifestum est, *αὖθις* eadem ratione *μέν* particulae posse respondere, qua *αὖ* respondere vidimus. Cf. Klotz. l. s. s. II. p. 214.

Phil. p. 11. 12. Ast. ad Plat. Leg. p. 230) aut τοίννν ut ap. Xenoph. et Demosth. (cf. Klotz l. s. s. II. p. 659) aut καὶ μήν. Nam Eur. Or. 1258, qui locus huc pertinere possit videri, per ellipsin explicandus est, ita ut cogitatione supplendum sit σὺ δὲ κτλ.

8) μέν — καί.

Haec constructio non est legitima, sed quaedam orationis anacoluthia, cf. Herm. ad Vig. p. 841. Hartung. l. s. s. II. p. 410 sq. Klotz l. s. s. II. p. 659.

Eum. 106. ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε, χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα, καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς ἔθνον, ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν. καὶ πάντα ταῦτα λάξ ὁρῶ πατούμενα. Ai. 1 cf. 3 ἐεὶ μὲν — καὶ νῦν. Falso huc facere arbitrati sunt Hartungius Aesch. Ag. 587 cf. 598, quem locum ut Ag. 1 cf. 8 alius generis esse infra ostendetur, Schneidewinus O. C. 1285 πρῶτον μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν ποιούμενος ἀρωγόν ... quibus verbis respondere arbitratur v. 1289 καὶ ταῦτ' ἀφ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, βουλήσομαι — καὶ ταῖνδ' ἀδελφαῖν καὶ πατρὸς κυρεῖν ἐμοί. Oppositio potius inest in v. 1291 ἃ δ' ἦλθον ἤδη σοὶ θέλω λέξαι, πάτερ. Neque necesse est huc referatur Soph. Trach. 689 ἔχρισα μὲν ... quibus verbis Klotzius l. s s. respondere putat v. 691 κἄθηκα ... Est enim oppositus v. 693 εἶσω δ' ἀποστείχουσα κτλ.

9) μέν — τέ.

Etiam in harum particularum coniunctione leve anacoluthon inesse recte G. Hermannus ad Vig. p. 841 iudicavit. Ita legitime dicitur πρῶτον (πρῶτα) μέν — ἔπειτα δέ (sive δεύτερον δέ) veluti Soph. Phil. 919, El. 968. O. C. 632. Eur. Alc. 751. Hipp. 1335 Jon. 1365, sive εἶτα δέ. Eur. Suppl. 203. Troi. 768, sive δεύτερον δέ. Aesch. Pers. 399. Eur. Troi 919, sive ἔτι δέ. Med. 1101, sive πρὸς τοῖς δέ. Suppl. 301, sive αὖθις δέ. Alc. 502, aut alterum verbum per coniunctionem quandam cum δέ coniunctam alio modo exprimitur, ut per ὡς δέ Aesch. Pers. 412. Eur. Phoen. 1141, per ὅπως δέ. Soph. Trach. 763, sive per ἐπεὶ δέ, Eur. Jon. 1595, sive per ἦν δέ, Hel. 978 (eadem ratione μάλιστα μέν — εἰ δέ, Soph. Trach. 799. ἐὰν δέ Ant. 327), sive per sententiam relativam Eur. J. T. 947; aut pro ἔπειτα δέ tantum δέ ponitur, ut Aesch. Prom. 447 cf. 454. 707 cf. 709. 1016 cf. 1020. Eum. 1 cf. 2. Pers. 388 cf. 396. 857 cf. 861. Suppl. 197 cf. 198. Sept. 501 cf. 504 (Sophoclis et Euripidis exempla enumerare longum est). — Sed etiam πρῶτον μέν — τέ dicunt et poetae et scriptores, cuius usus ap. poett. tragg. haec exstant exempla:

πρῶτα μέν — τέ = ἔπειτα δέ. Aesch. Suppl. 410 *πρῶτα μὲν πόλει αὐτοῖσι θ' ἡμῖν.*

Cf. Soph. Phil. 1424. Eur. Hipp. 996. Med. 125. Jon. 401. Bacch. 695. Herc. fur. 359. Heracl. 337. cf. 340. — Eadem ratione *τὸ μὲν μέγιστον — τέ = τὸ δεύτερον δέ.* Aesch. Prom. 478. *τὸ μὲν μέγιστον, εἴ τις ἐς νόσον πέσοι κτλ.* cf. 484. *τρόπους τε πολλοὺς μαντικῆς ἐστοίχισα.* cf. Eur. Heracl. 238. — *πολλὰ μέν — τέ = πολλὰ δέ.* Aesch. Sept. 924. *ὡς ἐρξάτην πολλὰ μὲν πολίτας, ξένων τε λάντων στίχας πολυφθόρους ἐν δαΐ = πολλὰ δ. ξείνων πάντων.* cf. Soph. Trach. 1011. Eur. Med. 430.

Ita etiam verbum finitum sive participium, cui *μέν* additum est, adiecta particula *δέ* repetendum fuit, sed interdum alterum membrum per *τέ* adiungitur. Soph. Phil. 1136. *ὁρῶν μὲν αἰσχρὰς ἁπάτας, στυγνόν τε φῶτ' ἐχθοδοπόν = ὁρῶν δὲ στυγνὸν φῶτ' ἐχθ ....* Phil. 1056. *ἐπεὶ πάρεσσι μὲν Τεῦκρος παρ' ἡμῖν, τήνδ ἐπιστήμην ἔχων, ἐγὼ θ' = πάρειμι δ' ἐγώ.*

Deinde duo diversa subiecta sive obiecta duorum enuntiatorum, quibus diversa sunt praedicata, sibi opponuntur: prius subiectum per *μέν* infertur, cui deinde alterius enuntiati praedicatum per *τέ* adiungitur: aut ratio haec invertitur, ita ut prius praedicatum per *μέν* inferatur et alterius enuntiati sive subiecto sive obiecto *τέ* addatur. Eur. Suppl. 1035. *ἥκω διπλοῦν πένθημ' ὁμαιμόνων ἔχων, τὸν μὲν θανόντα παῖδα Καδμείων δορὶ Ἐτεοκλον εἰς γῆν πατρίδα ναυσθλώσων νεκρόν, ζητῶν τ' ἐμὴν παῖδ' κτλ.* pro quo ex vulgari usu dicendum fuit *τὸν μὲν θανόντα κτλ. ἐμὴν δὲ παῖδα ζητῶν* aut *ναυσθλώσων μὲν τὸν θανόντα κτλ. ζητῶν δ' ἐμὴν παῖδ' κτλ.* cf. Soph. Ant. 964. Phil. 1426. Eur. Andr. 652. El. 146. Hipp. 717. J. A. 73. Troi. 134. Rhes. 912. Etiam praedicata per *μέν — τέ* coniunguntur. Soph. Ant. 1162. *σώσας μὲν ἐχθρῶν τήνδε Καδμείαν χθόνα. λαβών τε χώρας παντελῆ μοναρχίαν.* cf. Eur. Or. 500.

Denique duo substantiva, quae ad idem praedicatum pertinent, ab initio poeta inter se opponere voluit, quare priori *μέν* additum est; deinde vero alterum per *τέ* adiungit. Eur. Or. 22. *ὦ παρθένοι μὲν τρεῖς ἔφυμεν ἐκ μιᾶς, Χρυσόθεμις Ἰφιγένειά τ' Ἠλέκτρα τ' ἐγώ, ἄρσην τ' Ὀρέστης* cf. Phoen. 55. Soph. Trach. 1233. Aesch. Ch. 975. *σμυκοὶ μὲν ἦσαν ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι, φίλοι τε καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθη πάρεστιν κτλ.* Non scribendum *φίλοι δέ*, ut Abreschius volebat, quem Dindorfius secutus est.

Falso eiusmodi generis esse locum Soph. O. R. 499 putavit Ellendt. in lex. Soph. II. p. 77. Neque enim sibi

respondent *ὁ μὲν οὖν Ζεὺς .... ὅ τ' Ἀπόλλων*, sed *ὁ μὲν οὖν Ζεὺς ὅ τ' Ἀπόλλων .... et ἀνδρῶν δ' ὅτι κτλ.*

Nonnulla exempla ita sunt comparata, ut *δέ* omnino non recipiant, ut Or. 1317. *πάλιν κατάστηθ' ἡσύχῳ μὲν ὄμματι, χρόᾳ τ' ἀδήλῳ τῶν δεδραμένων πέρι.* cf. Andr. 147. Sed in v. 467 *ἔριν μὲν οἴκων δυσμενεῖς τε λύπας* haec lectio reiicienda est, quia in libris non *ἔριν μὲν*, sed in omnibus fere *ἔριδας οἴκων* legitur excepto codice B. qui *ἔριδ' οἴκων* habet; *ἔριν μὲν οἴκων* autem est Musuri coniectura infelicissima.

Caput II.

De *μέν* elliptico.

μέν, quum primum significet, si dicitur non sequente *δέ*, aut intelligi debet *δέ* aut omittitur illa pars orationis, in qua sequi debebat *δέ*[26]). Igitur necesse est sententia opposita aut alia ratione expressa sit aut per se possit intelligi. Atque hoc etiam grammatici et interpretes intellexerunt neque omnino difficile est ad intelligendum. Difficultas autem inest in singulis locis explicandis. Atque interpretes quidem in hac re saepissime ita versari solent, ut ad eos locos, in quibus sententia opposita facile intelligi potest, de hac re disserant, ubi vero locus difficilior est ad explicandum, omnino non de hac re disputent. Saepe etiam erraverunt in locis explicandis. Ita falso huc retulit Hartungius l. s s. II. p. 411. Prom. 753, de quo loco locuti sumus in § 9, et Sept. 751, ubi respondet *δέ* v. 759. Quare necesse est colligantur omnes huiusmodi loci in singulis scriptoribus, ut ex qua ratione *δέ* omitti possit intelligatur. Neque enim alia ratione potest perspici, quid singuli scriptores in hoc genere sibi indulgere soleant nec certum quidquam de *μέν* affirmativo statui potest.

§ 17.

Ex hoc genere is usus simplicissimus est, ex quo, ubi antecessit *πρῶτον μέν* vel simile quidpiam, non sequitur *ἔπειτα δέ* sed *ἔπειτα* omisso *δέ*, ita ut altera res adiungatur oppositione non expressa.

Aesch. Pers. 522. *θεοῖς μὲν πρῶτον εὔξασθαι θέλω. ἔπειτα γῆ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα ἥξω λαβοῦσα πέλανον ἐξ οἴκων ἐμῶν.* Ag. 861 cf. 877 (*ἐκ τῶνδε*). Ch. 1068 (*δεύτερον*).

[26]) cf. G. Herm. ad Vig. p. 841 n. 537. Krügeri Gr. Gr. § 69, 35, 2

§ 18.

Liberius id structurae genus est, in quo neque *ἔπειτα δέ* neque *δέ* sequitur, quamquam antecessit *πρῶτον μέν* vel simile quidpiam, sed sententia opposita orationis sive collocutionis conversione aut alio modo exprimitur aut omnino reticetur, ita ut simul possit audiri.

§ 19.

a) Alio modo exprimitur.

Ag. 810 *πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους δίκη προσειπεῖν κτλ.* Haec sententia iterum post longum intervallum excipitur v. 829. *θεοῖς μὲν ἐξέτεινα φροιμιον τόδε* et tum demum sequitur sententia opposita *τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα μέμνημαι κλύων.*

Inest igitur in h. l. haec forma:

v. 810.	v. 829.	v. 830.
μέν	*μέν*	*δέ*

de qua locuti sumus in § 14.

Ch. 111. *πρῶτον μὲν αὐτὴν χῶστις Αἴγισθον στυγεῖ*, cui sententiae respondet v. 115. *μέμνησ' Ὀρέστου, καὶ θυραῖός ἐσθ' ὅμως.* Suppl. 917. *Βα. ξένος μὲν εἶναι πρῶτον οὐκ ἐπίστασαι. Κη. πῶς δ' οὐχί; ταὐπολωλόθ' εὑρίσκων ἄγω*, sed recte G. Hermannus post. v. 917 excidisse duos versus arbitratus est, quum responsum praeconis non cum regis verbis conveniat.

Praecipue vero alterum membrum, ubi interposita est longior oratio, alia ratione exprimitur. cf. Eur. Herc. fur. 174 cf. 206. — Andr. 554 cf. 577. — Heracl. 942 cf. 958, et saepe alias. Minime vero inde concludi potest, e. gr. in Suppl. 403 cf. 426 *μέν* et *γέ* inter se respondere, quod omnino fieri nequit. Id qui vult statuere, eodem modo dicere debet, *μέν* et *γάρ* inter se posse respondere, veluti in Bacch. 1048 cf. 1054. In his enim locis sententiae, neque vero particulae inter se respondent.

§ 20.

b) Per orationis conversionem alterum membrum prorsus reticetur.

Non observavi exempla huius generis apud Aeschylum aut Sophoclem, quare Euripidis afferam. Bacch. 1264. *πρῶτον μέν εἰς τόνδ' αἰθέρ' ὄμμα σὸν μέθες*, scil.: Deinde vero quaestiones tibi proponam. Or. 1069. *ἐπίσχες· ἓν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω, εἰ ζῆν με χρῄζειν σοῦ θανόντος ἤλ-*

πισας, scil.: Deinde vero facinus licebit tibi perpetrare, postquam hanc curam mihi ademeris. Non alia res est, ubi μάλιστα μέν antecessit. cf. Soph. in O. R. 1466. O. C. 1298.

§ 21.

III. Eadem lex, quam de πρῶτον μέν statuendam vidimus, omnino de μέν particula valet. Ponitur enim haec particula non sequente δέ ita, ut alterum membrum, quod per δέ particulam inferri debuit, orationis conversione aut alia ratione exprimi aut omnino omitti possit, ubi facile ex sententiarum cohaerentia potest suppleri.

§ 22.

a) Particula μέν omisso δέ ita est posita ut ea sententia, quae cum δέ afferri debuit, orationis conversione alio modo expressa sit. Suppl. 480. σὺ μὲν, πάτερ γεραιὲ τῶνδε παρθένων κτλ. Post longam collocutionem chorus omnia comprehendit per τούτῳ μὲν εἶπας καὶ τεταγμένος κ'οι, et tum demum v. 505 sequitur sententia opposita ἐγῶ δὲ πῶς δρῶ; ποῦ θράσος νέμεις ἐμοί;

Suppl. 506. κλάδους μὲν αὐτοῦ λεῖπε, σημεῖον πόνου. Verba, quae opposita sunt, continentur v. 508. oppositione non expressa (non addito δέ). λευρὸν κατ' ἄλσος νῦν ἐπιστρέφου τάδε.

Sept. 313. πρὸς τάδ', ὦ πολιοῦχοι θεοὶ, τοῖσι μὲν ἔξω πύργων ἀνδρολέτειραν νόσον, ῥ'ψοπλον ἄταν, ἐμβαλόντες ἄροισθε κῦδος τοῖσδε πολίταις. Quum altera sententia per participium expressa sit, in altera oppositio non est significata. Per se igitur dicendum fuit: τοῖσι μὲν ἔξω ... ἐμβάλοιτε, τοῖς δὲ πολίταις ἄροισθε.

Ag. 1412. νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοὶ καὶ μῖσος ἀστῶν δημόθρους τ' ἔχειν ἀρὰς, οὐδὲν τάδ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων. Oppositio latet in v. 1414 οὐδὲν κτλ., pro quo, si initium orationis spectatur, dicendum fuit: πρὸ τοῦ δὲ οὐδὲν τόδ' ἀνδρὶ τῷδ ἐναντίον ἤνεγκες. Recte enim Hermannus hanc librorum scripturam tuetur, reiiciens illud Vossii τότ', quod receperunt Stanleius, Blomfieldius, Enger, Weilius.

Ag. 126. χρόνῳ μὲν ἀγρεῖ Πριάμου πόλιν ἄδε κέλευθος κτλ. His verbis quae opposita sunt, longiore oratione interiecta non per particulam adversativam, sed aliter expressa afferuntur: οἷον μή τις ἄγαν θεόθεν κνεφάσῃ προϊὸν πὲν στόμιον μέγα Τροίας.

Ag. 1204. *πρὸ τοῦ μὲν αἰδὼς ἦν ἐμοὶ λέγειν τάδε.* Verba, quae sequuntur in v. 1206. *ἀλλ' ἦν παλαιστὴς κάρτ' ἐμοὶ πνέων χάριν,* ex incepta constructione ita sonare debebant: *νῦν δ' οὐκ αἰσχύνομαι λέγειν· ἦν παλαιστὴς κτλ.*

Prom. 340. *τὰ μέν σ' ἐπαινῶ κοὐδαμῇ λήξω ποτέ. προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις. ἀτὰρ μηδὲν πόνει.* Exspectatur *τὰ δ' οὔ σ' ἐπαινῶ. οὐδὲν γὰρ πονεῖς.* Quare respondere videtur *ἀτάρ,* quamquam re vera non respondet.

Prom. 901. *ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος, οὐ δέδια μηδὲ κρεισσόνων θεῶν ἄφυκτον ὥμμα τροξδράκοι με.* Re vera opposita est sententia *μηδὲ κρεισσόνων κτλ.* neque vero, ut exspectamus, pendet ex *οὐ δέδια, ὅτι,* sed modo optativo expressa est.

Labem contraxerunt hi loci Pers. 1014. *στρατὸν μὲν τοσοῦτον τάλας πέπληγμαι.* Recte iam G. Hermannus *μὲν* mutavit in *γάρ*; nam *γάρ* a sententia flagitatur, *μὲν* autem explicari non potest.

Suppl. 773. *σὺ δὲ φρόνει μὲν ὡς ταρβοῦσα μὰμελεῖν θεῶν πράξας ἀρωγήν.* Versum h. l. excidisse recte Hartungius vidit; desunt enim ea, quae verbis *σὺ δὲ φρόνει μὲν* .... opposita esse debent. *μέν* autem quum ad *σύ* pertineat, recte Hartungius lacunae initium indicavit per *ἐγὼ δέ* ....

Ag. 427. *τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη τάδ' ἐστὶ καὶ τῶνδ' ἱερβατώτερα* scribendum esse *τὰ δ'* recte Halmius in lect. Aesch. p. 26 vidit. Neque vero hac emendatione recepta in sequente versu scribendum est *τὸ πᾶν γάρ,* id quod Weilius opinatus est; *δέ* enim particula h. l. idem valet atque *γάρ.*

§ 23.

b) Alterum membrum omnino non expressum facile ex sententiarum cohaerentia potest intelligi.

a) Hic imprimis considerandus videtur esse is usus, ex quo pronomen sive etiam substantivum per *μέν* particulam effertur, ea autem vox, quae per *δέ* opponi debuit, verbis quidem non continetur, sed ipsa cogitatione intelligitur. Haec ellipsis omnibus linguis videtur esse communis; in Latina lingua *μέν* particulae respondet quidem (e. gr. equidem etc.) in patria wenigstens.

Ita dicitur *ἐγὼ μέν, ἡμεῖς μέν, σὺμέν κτλ.*, scil. *ἄλλος δέ* vel simile quidpiam Pers. 300. *ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασιν φάος μέγα* scil. *ἄλλοις δέ* .... Suppl. 991. *καὶ ταῦτα μὲν γράψεσθε κτλ.* scil. *ἄλλα δ' οὐ χρὴ γρ* .... quem locum praeter necessitatem emendare conati sunt Hermannus, Hartungius. Ag. 924. *ἐν ποικίλοις δὲ θνητὸν ὄντα κἀλλέσιν βαίνειν*

ἐμοὶ μὲν οὐδαμῶς ἄνευ φόβου. scil. *ἄλλοις δέ....* Hunc locum male intellexit Schneidewinus ad v. 897, qui oppositam sententiam contineri opinatus est v. 930. *εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμεν, εὐθαρσὴς ἐγώ.* Sed *δ'* tantum abest, ut oppositum sit *μέν* particulae, ut mutandum videatur in *τὼς* quod infra § 70 ostendetur. Ch. 700. *ἐγὼ μὲν οὖν ξένοισιν ὧδ' εὐδαίμοσιν κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων ἂν ἤθελον γνωστὸς γενέσθαι καὶ ξενωθῆναι.* Prom. 1036. *ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἄκαιρα φαίνεται λέγειν.* scil. *εἰ δέ σοι, οὐκ ἴσμεν.* Etiam nomini *μέν* adiicitur non addito *δέ*, ita ut verbum contrariae significationis intelligendum sit. Eum. 663. *πατὴρ μὲν ἂν γένοιτ' ἄνευ μητρός,* scil. *μήτηρ δ' ἄνευ πατρὸς οὐκ ἂν γένοιτο.* 636. *ἀνδρὸς μὲν ὑμῖν οὗτος εἴρηται μόρος* scil. *γυναικὸς δέ κτλ.*

§ 24.

β) Simili ratione explicandi sunt ei loci, in quibus pronomen sive nomen effertur per *γὲ μὲν δή*, de quo loquendi usu falsa disputata sunt ab Hartungio II. l. s. s. p. 401. C. et Klotzio l. s. s. p. 341. Hic enim ita: *γὲ μὲν δή* saepe, inquit, positum a scriptoribus Atticis, ut aliquid primum per particulam *γέ* cum restrictione efferretur, deinde ut idem per *μέν* particulam confirmaretur simulque per *δή* particulam quasi iam extra omnem dubitationem poneretur.“ Etiam Hartungius *μὲν δή* ex *μὴν δή* ortum esse opinatur, ita ut *μέν* particulae affirmativa vis in hac compositione insit.

Minime. Cuique enim particulae sua vis constat et affirmatio quidem inest in *δή*, *μέν* autem etiam hic quidem significat, ita ut per *γὲ μὲν δή* particulas ea quae antecedunt restringantur; sententia autem opposita ex totius loci natura simul auditur. [26])

Ag. 887. *τοιάδε μέντοι σκῆψις οὐ δόλον φέρει. ἔμοιγε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι πηγαὶ κατεσβήκασιν, οὐδ' ἔνι σταγών.* 1213. *Χο. πῶς δῆτ' ἄνατος ἦσθα Δοξίου κότῳ; Κα. ἔπειθον οὐδέν' οὐδέν, ὡς τάδ' ἤμπλακον. Χο. ἡμῖν γε μὲν δὴ πιστὰ θεσπίζειν δοκεῖς.* Sept. 587. *πατρίς τε γαῖα σῆς ὑπὸ σπουδῆς δορὶ ἁλοῦσα πῶς σοι ξύμμαχος γενήσεται; ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονός.* Suppl. 274. *ἔχουσ' ἂν ἤδη τἀπ' ἐμοῦ τεκμήρια γένος τ' ἂν ἐξεύχοιο καὶ λέχοις πρόσω. μακρὰν γε μὲν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.* Ag. 661. *ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς ἀνδρῶν Ἀχαιῶν ναυτικοῖς τ' ἐρει-*

[26]) Schwerdtius ad Aesch. Suppl. 228 dicit *γὲ μὲν δή* tamen significare, sed vellem etiam docuisset, quomodo haec vis his particulis ex origine inesse possit. Est enim facile dictu: *γὲ μὲν δή* tamen significant.

λίοις. ἡμᾶς γε μὲν δὴ ναῦν τ' ἀκήρατον σκάφος ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ ξυρήσατο θεός τις cf. ad. h. l. Schneidewini adn. Eum. 418. *Αθ. γένος μὲν οἶδα κληδόνας τ' ἐπωνύμους. Χο. τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα.*

In omnibus his locis sententia opposita facile intelligitur. Sed in Suppl. 241 *γε μὲν δή* particulis *δέ* respondere existimo, quem locum, quum sordibus non immunis sit, totum adscribam. *ποδαπὸν ὄμιλον τόνδ' ἀνελληνόστολον πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασιν χλίοντα προσφωνοῦμεν; οὐ γὰρ Ἀργολὶς ἐσθὴς γυναικῶν οὐδ' ἀφ' Ἑλλάδος τόπων. ὅπως δὲ χώραν οὐδὲ κηρύκων ὕπο, ἀπρόξενοί τε, νόσφιν ἡγητῶν, μολεῖν ἔτλητ' ἀτρέστως, τοῦτο θαυμαστὸν πέλει: κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις. μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν συνοίσεται στόχῳ. καὶ τἄλλα πόλλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν, εἰ μὴ παρόντι φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν.*

Quum verba *οὐ γὰρ Ἀργολὶς ἐσθὴς γυναικῶν οὐδ' ἀφ' Ἑλλάδος τόπων* restringantur per haec *κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις. μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν συνοίσεται στόχῳ*, suspicor turbatum esse versuum ordinem et hos tres versus post v. 237 *ἐσθὴς γυναικῶν οὐδ' ἀφ' Ἑλλάδος τόπων* ponendos esse. Tum vero apte illis *κλάδοι γε μὲν δή* .... opponuntur haec *ὅπως δὲ χώραν κτλ.*

Aliae quoque difficultates huic loco insunt. Nam *συνοίσεται* a scholiasta explicatur per *συμφωνήσει*. Certissimum est oblitterata hic latere veteris scripturae vestigia. *συνοίσεται* vox tam vulgaris non apte explicari potuit per *συμφωνήσει*, sed ante oculos habuerit grammaticus verbum poeticum necesse est, quod illi vulgari *συμφωνήσει* responderet. Unde scriptum in veterrimis exemplaribus pro *συνοίσεται* arbitror *συνάσεται*, quod verbum satis exquisitum atque poeticum est et a litterarum ductu summam habet commendationem. i. e. hoc solum (frondes quibus supplices se ornare solent) graeca terra ex mea coniectura commune habebit. Totum igitur locum sic scribendum esse puto:

ποδαπὸν ὄμιλον τόνδ' ἀνελληνόστολον
πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασιν
χλίοντα προσφωνοῦμεν; οὐ γὰρ Ἀργολὶς
ἐσθὴς γυναικῶν οὐδ' ἀφ' Ἑλλάδος τόπων.
κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων 241.
κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις. 242.
μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν συνάσεται στόχῳ. 243.
ὅπως δὲ χώραν οὐδὲ κηρύκων ὕπο, 238.
ἀπρόξενοί τε, νόσφιν ἡγητῶν, μολεῖν 239.
ἔτλητ' ἀτρέστως, τοῦτο θαυμαστὸν πέλει. 240.

καὶ τἄλλα πόλλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν,
εἰ μὴ παρόντι φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν.

Conciliata sunt hac ratione veterum scholiorum vestigia cum orationis integritate, quum sententia aptissima sit. Neque vero arbitror, quemquam Schwerdtii explicationi adstipulaturum esse, qui haec dicit: „In diesem einen Punkte (dass ihr nämlich Hülfeflehende sein müsst) wird Griechenland in der Vermuthung übereinstimmen."

§ 25.

γ) Eandem vim et significationem habet particula *μέν*, ubi coniungitur cum verbis credendi, opinandi similisque significationis. Huc pertinent illae formulae, quibus modeste aliquid affirmatur, velut *οἶμαι μέν*, *δοκῶ μέν*, *ὡς μὲν εἰκάσαι*, *ὡς μὲν λέγουσιν*. [27]) Si enim dicitur *δοκῶ μέν*, per se intelligitur „quamquam non pro certo possum affirmare, quamquam animus falli potest vel simile quidpiam." In Latina lingua eadem ratione usurpatur particula quidem. Nobis vertendum est: „Dächt' ich, sollt' ich meinen."

Hoc genus loquendi non est Aeschyleum, legitur vero apud Sophoclem et Euripidem. Ita legimus *οἶμαι μέν* ap. Soph. in Phil. 339, ap. Eur. in Alc. 794. J. A. 392. *δοκῶ μέν* ap. Soph. in El. 61. O. C. 995. Eur. Hel. 917 (ad q. l. v. Pflugkii adn.) 1205. Suppl. 771. Herc. fur. 713. — *ὡς μὲν παρ' ἡμῖν* El. 1015. *ὡς μὲν εἰκάσαι* ap. Soph. in O. R. 82. O. C. 1678, apud Eur. in Bacch. 1078. — *ὡς μὲν λόγος* Suppl. 655. *ὡς μὲν λέγουσιν* Or. 8. Falso Hartungius huc vocavit Eur. El. 575. *ὁρῶ μὲν πτώματος τεκμήριον*.

§ 26.

δ) *μέν* particula non sequente *δέ* ponitur in interrogatione, ut singularis notio efferatur. Ita verba coniecturam facientis potius quam interrogantis habenda sunt. *μέν* etiam hic primariam suam habet vim; verti enim potest per: wenigstens. — Dixerunt de hoc huius particulae usu Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 349. Elmsl. ad Eur. Med. 1098. Pflugk. ad Alc. 146. Matthiae. § 622, 6, qui haec dicit: „So auch in Fragen, wenn man das, wonach man frägt, für wahr hält, aber mit dem Scheine der Ungewissheit ausspricht." Hic usus alienus est ab Aeschylo et quantum scio etiam ab Sophocle. Quare Euripidis locos afferam:

Alc. 146. *ἐλπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶ σώζεσθαι βίον*;
Herm. praet. necessitatem *ἠλπισμέν'*.
Med. 1129. *τί φῄς*; *φρονεῖς μὲν ὀρθὰ κοὐ μαίνει, γύναι*;

[27]) Hartung. II. p. 412. Nr. 2.

Jon. 520. *εὖ φρονεῖς μέν; ἦ σ' ἔμηνε θεοῦ τις, ὦ ξένε, βλάβῃ;*
Med. 676. *θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;*
Hipp. 316. *ἁγνὰς μέν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις;*
Hel. 1826. *ὀρθῶς μὲν ἥδε συμφορὰ δακρύεται;*
Heracl. 793. *ὁ μὲν γέρων οὗν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι.*

§ 27.

ε) Denique huc referenda sunt omnia ea exempla, in quibus *μέν* particula non sequente *δέ* posita est, membrum vero oppositum ex sententiarum cohaerentia potest intelligi.

Pers. 1. *τάδε μὲν Περσῶν κτλ.* Opponuntur cogitatione ei Persae, qui non profecti sunt in Graeciam, sed domi remanserunt. Quum vero de eis, qui profecti sunt, longus sit sermo, oppositio illa reticetur.

Pers. 353. *ἦρξεν μέν, ὦ δέσποινα, τοῦ παντὸς κακοῦ φανεὶς ἀλάστωρ ἢ κακὸς δαίμων ποθέν.* Sententia, quae responderet, ita fere comparata esse debuit: „Tum vero ipse filius tuus atque nos exitium nobis comparabamus“ quod quomodo factum sit, describitur inde a versu 361.

Pers. 502. *χὥστις μὲν ἡμῶν, πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ ἀκτῖνας, ὥρμηθη, σεσωσμένος κυρεῖ.* Quae opponenda erant, orationis conversione ita expressa sunt, ut per *γάρ* particulam adiecta sint. *φλέγων γὰρ αὐγαῖς λαμπρὸς ἡλίου κύκλος μέσον πόρον διῆκε, θερμαίνων φλογί. πίπτον δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν.*

Ibid. 555. *τίπτε Λαρεῖος μὲν οὕτω τότ' ἀβλαβὴς ἐπὴν τόξαρχος πολίταις Σουσίδαις φίλος ἄκιωρ;* Hermannus: „Sensus est: Cur olim Darius sic sine damno civium regnavit neque idem fecit Xerxes“. Hoc eo facilius potest suppleri, quum de Xerxe sermo fuerit in versibus qui antecedunt.

Ibid. 598. *φίλοι, κακῶν μὲν ὅστις ἔμπειρος κυρεῖ κτλ.* scil. *ὅστις δὲ μὴ κακῶν κτλ.*

Suppl. 337. *Νο. τίς δ' ἂν φίλους ὠνοῖτο τοὺς κεκτημένους; Βα. σθένος μὲν οὕτως μεῖζον αὔξεται βροτοῖς.* scil. etiamsi non aliam habet commendationem.

Ag. 1. *θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων κτλ.* Descriptione aerumnarum permotus poeta sententiam oppositam supprimit: „*ἀλλ' οὕτω εὐτυχὴς ἐγένετό μοι ἀπαλλαγὴ πόνων.* V. 8 pergit *καὶ νῦν φυλάσσω* et v. 20 preces repetit *νῦν δ' εὐτυχὴς κτλ.* cf. Schneidewini ad h. l. adn.

Ag. 40. *δέκατον μὲν ἔτος τόδ' ἐπεὶ κτλ.* Sententia ea, quae incipit ab *ἐπεί*, ita extenditur, ut illud enuntiatum, quod priori *δέκατον μὲν κτλ.* opponendum erat „Attamen nondum nuntiatum est, Troiam esse captam“ omissum sit, cogitando autem possit suppleri.

Ag. 587. *ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο, ὅτ' ἦλθ' ὁ πρῶτος νύχιος ἄγγελος πυρός.* Orationis conversione reticetur *νῦν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνολολύξω*, liberius autem respondet v. 598 *καὶ νῦν τὰ μάσσω μὲν τί δεῖ σ' ἐμοὶ λέγειν*; Ita recte hunc locum explicavit Schneidewinus. Cod. *ἀνολωλύξαμεν*. Voces divisit Stephanus. Falso de h. l. Hartung. l. l. II. p. 410.

Ag. 932. *γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ*, i. e. „Sententiam quidem tuam me non corrupturum scito." Ita recte interpretatus est locum Hartungius II. p. 413. 4; neque enim Schneidewino (cf. adn. ad v. 899) assentiendum esse arbitror. Agamemnon enim cogitat: „Sed aliud est multo gravius, cur tibi non possim gratificari." Ita quoque verba intelligit Clytaemnestra quaerens: *ηὔξω θεοῖς δείσας ἂν ὧδ' ἔρδειν τάδε*; quem versum parum intellexit Weilius: nam si ita intelligendus esset locus, ut Weilius vult, particula adversativa desideraretur.

Ag 1331. *τὸ μὲν εὖ πράσσειν ἀκόρεστον ἔφυ πᾶσι βροτοῖσιν.* scil. *εἰ καὶ τἄλλα μὴ κτλ.*

Ag. 1594. *τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν ἄκρους κτένας ἔθρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος ἄσημ'.* Ex v. antecedenti 1593: *παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν* apparet intelligendum esse *τὰ δ' ἄλλα παρετίθει Θυέστῃ* atque ita aptissime sequuntur haec: *ὁ δ' αὐτῶν αὐτίκ' ἀγνοίᾳ λαβὼν κτλ.* cf. Schneidewini adn. ad V. 1565.

Huc referendum esse existimo etiam locum, qui legitur in Ch. 737. *Λέγισθον ἡ κραιοῦσα τοῖς ξένοις καλεῖν ὅπως τάχιστ' ἄνωγεν, ὡς σαφέστερον ἀνὴρ ἀπ' ἀνδρὸς τὴν νεάγγελτον φάτιν ἐλθὼν πύθηται τήνδε πρὸς μὲν οἰκέτας θετοσκνθρωπὸν ἐντὸς ὁμμάτων γέλων κεύθουσ' ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις καλῶς κείνῃ, δόμοις δὲ ταῖσδε παγκάκως ἔχειν.* Recte enim Erfurdtium, quem Hermannus secutus est, scripsisse puto *θετοσκνθρωπὸν*, nulla plane mutatione; sententia enim ita efficitur aptissima, et asyndeton ante *πρὸς μὲν*, quod excusationem non habet, sublatum est. Ea autem, quae verbis *πρὸς μὲν οἰκέτας* opposita sunt, facile intelliguntur: *ἐν ἑαυτῇ δὲ γελῶσα.* Neque vero iure Hermannum in v. 740 *ἔχειν* scripsisse arbitror: multo enim magis sermoni Aeschyleo infinitivus, qui dicitur epexegeticus, convenit. cf. Ag. 266 *κλύειν.* 349 *ἰδεῖν.* 602 *δρακεῖν.* 614 *λακεῖν.* 868 *λέγειν.* 900 *εἰσιδεῖν.* 1135 *μαθεῖν* Ch. 786 *ἰδεῖν.* Pers. 247 *μαθεῖν.* 245 *φροντίσαι.* 284 *κλύειν.* 542 *ἰδεῖν.* Prom. 1055 *ἀκοῦσαι* et saepe alias. Infinitivus *ἔχειν* legitur etiam in Ch. 740.

Eum. 418. *γένος μὲν οἶδα κλῃδόνας τ' ἐπωνύμους.* In mente habet Athene: *τιμὰς δὲ σὰς πυθέσθαι εὔχομαι.*

Quare statim respondet chorus: *τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα.*

Non huc pertinent: Ag. 1266. *σὲ μὲν πρὸ μοίρας τῆς ἐμῆς διαφθερῶ. ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ', ἐγὼ δ' ἔμ' ἐνοῦμαι*, quemlocum Schneidewinus huc facere opinatur. Supplendum enim esse dicit ad v. 1225 *σὲ δὲ . . . , τὰ σκῆπτρα, ἐς πίδον βαλῶ.* Neque vero quidquam supplendum est; *σέ* enim recte Welcker refert ad infulam a Cassandra discerptam, dum sceptrum tacite proiiciat. Atque oppositum est *ἐγὼ δ'*.

Ch. 400. *ἀλλὰ νόμος μὲν φονίας σταγόνας χυμένας ἐς πίδον ἄλλο προσαιτεῖν αἷμα.* Respondet enim v. 410 in str. ζ'. *πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ τόνδε κλύουσαν οἶκτον.*

Ch. 553. Interpretes omnes hunc locum parum intellexerunt, quare totum adscribam, qualis in Mediceo scriptus traditur.

γένοιτο δ'οὕτως. τἆλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις
τοὺς δ' ἔν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων.
ἁπλοῦς ὁ μῦθος. τήνδε μὲν στίχειν ἔσω.
αἰνῶ δὲ κρύπτειν τάσδε συνθήκας ἐμάς.

Hermannus haec animadvertit: „Victorius primus duos versus choro tribuit, tertium et sequentes, ubi in M. G. Ald. Rob. nulla personae nota est, cum Turnebo dedit Oresti. Haec distributio editiones occupavit. Itaque ut haec saltem intelligi possent, opus erat Stanleii coniectura *τοὺς μέν τι ποιεῖν*. Receperunt eam Porsonus, Schuetzius, Blomfieldius, alii. Sed parum apte chorus dicere videtur *τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων*. Deinde in eo versu, quo orationem suam incipit Orestes, *τήνδε μὲν στείχειν ἔσω* ita dictum est, ut non possit satis defendi anacoluthiae excusatione. Itaque duorum versuum sede permutata scripsi Χο. *γένοιτο δ' οὕτως. τἆλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις.* Ορ. *ἁπλοῦς ὁ μῦθος· τήνδε μὲν στείχειν ἔσω, τοὺς δ' ἔν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγω. αἰνῶ δὲ κτλ.*“

Haec Hermannus. Atque complexi sunt eius sententiam Dindorfius aliique. Summa, opinor, iniuria. Nam primum enascitur hac coniectura sententia prorsus falsa. Non enim Orestes alios unam quandam rem perficere, alios nihil agere iubet. Ubinam narratur, illos unam quandam rem perfecisse? Neque solum non narratur, verum Orestes ipse inde a v. 581 affirmat, nil eis agendum esse nisi *γλῶσσαν εὔφημον φέρειν, σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια.* Deinde hac transpositione sententiarum cohaerentia prorsus interrumpitur. Quae enim sequuntur post v. 553 *τήνδε μὲν στειχειν ἔσω*, arctissime cum his verbis cohaerent et ad Electram pertinent, id quod manifeste elucet ex v.

579 *νῦν οὖν σὺ μὲν φύλασσε τἀν οἴκῳ καλῶς κτλ.*, quibus verbis omnia ea quae antecedunt comprehenduntur. Tum demum Electrae in v. 581 opponit chorum Orestes per *ὑμῖν δ' ἐπαινῶ*. Maxime igitur perturbat ille versus ab Hermanno interpositus connexum sententiarum, quare is ordo tenendus est, qui in libris traditur, ut haec sit responsio. 553. *τήνδε μέν.* — 579. *σὺ μέν.* — 581. *ὑμῖν δέ.*

Ita etiam in v. 553 *λέγων* retinendum erit: pertinet enim ad *ἐξηγοῦ* v. 582: *τοὺς* et *τοὺς δέ* autem non demonstrativam sed relativam habent vim, quum pendeant ex *λέγων*; *δ' ἔν* autem corruptum in eiusque loco verbum finitum ponendum est *δεῖ*. Igitur scribendum erit:

Χο. γένοιτο δ' οὕτως· τἄλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις,
τοὺς δεῖ τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων.

Pers. 532, in quo loco, quum desit una syllaba longa, lacunam Schuetzius ita explevit *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ νῦν μὲν Περσῶν κτλ.* Non ex sententiarum cohaerentia facile potest cogitari, quo referendum sit *νῦν μέν*. Quare equidem scribere malim *νῦν δὴ Περσῶν*. cf. v. 548.

Labem contraxerunt hi loci: Pers. 558 *νῦν δὴ πρόπασα μὲν στένει γαῖ' Ἀσὶς ἐκκενουμένα*. *μέν* explicari non potest. Scribendum esse existimo: *πρόπασ' ὁμοῦ στένει*.

Ag. 1008. *καὶ τὸ μὲν προ̃ χρημάτων κτησίων ὄκνος βαλὼν σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου, οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος πημονᾶς γέμων ἄγαν, οὐδ' ἐπόντισε σκάφος*. Interpretes hunc locum male intellexerunt, recte vero Hermannus *τὸ μὲν* partem significare opinatus est, in ceteris vero, quae ad hunc locum adnotavit, falsus est. Falsa est etiam Schneidewini sententia, verbis *τὸ μὲν κτλ.* opposita esse *οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος*, quae idem valeant atque *τὸ δ' ἔσωσεν*. Praetereo Engeri tentationem atque arbitrarias audacesque Weilii mutationes. Intelligitur ad *τὸ μὲν προβαλὼν* per se *τὸ δ' οὐ....* Nominativus autem absolutus h. l. ferri non potest. Primum enim *ἐπόντισε* refertur ad *ὄκνος* scil. *ὄκνος τὸ μὲν χρημάτων προβαλὼν οὐκ ἐπόντισε σκάφος*. Quare non interposita esse potest his verbis sententia, cui aliud est subiectum. Deinde vero *οὐκ ἐπόντισε σκάφος* prius est, atque inde sequitur *οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος*. Denique accedit, quod cum illa sententia *οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος* multo aptius coniunguntur ea quae deinde sequuntur *πολλά τοι*.

Turbari enim ordinem sententiarum hac asseveratione infringique vim sequentium recte iudicavit G. Hermannus. Nec tamen iuste sanavit locum *τ' ἄν* scribendo, *τοι* potius mutandum est in *γάρ* et locus simplici transpositione ita

emendandus: *οὐκ ἐπόντισε σκάφος οὐδ' ἐὸν πρόπας δόμος πημονᾶς γέμων ἄγαν. πολλὰ γὰρ δύσις κτλ.* Transpositionem hanc iam a Schwerdtio video factam esse.

Ch. 978. *ξυνώμοσαν μὲν θάνατον ἀθλίῳ πατρὶ καὶ ξυνθανεῖσθαι. καὶ τάδ' εὐόρκως ἔχει.* His versibus continetur argumentum, quo probantur ea quae antecedunt: *φίλοι τε καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθη πάρεστιν, ὅρκος τ' ἐμμένει πιστώμασιν.* Non in sententia sequente *ἴδεσθε δ' αὖτε* particula *δέ* referri potest ad illud *μέν*, sed *ἴδεσθε δ' αὖτε* pertinet ad *ἴδεσθε* in v. 973. Igitur scribendum erit *ξυνώμοσαν γάρ*, praesertim quum asyndeton hoc loco nullam habeat excusationem.

Eum. 96. *ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀπητιμασμένη ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, ὡς μὲν ἔκτανον ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται, αἰσχρῶς δ' ἁλῶμαι. μέν* nulla ratione explicari potest, quare *ὡς μετέκτανον* scribendum esse arbitror.

Suppl. 940. *ταύτας δ' ἑκούσας μὲν κατ' εὔνοιαν φρενῶν ἄγοις ἄν, εἴπερ εὐσεβὴς πίθοι λόγος.* Facile quidem ea, quae sunt opposita, possunt cogitari, sed ex sequenti sententia: *τοιάδε δημόπρακτος ἐκ πόλεως μία ψῆφος κέκρανται κτλ.* apparet, excidisse quaedam. Quae desunt, haec fere sunt: „Sed per vim nunquam eas tecum abduces.“ cf. Hart. adn.

Caput III.

De *μέν* affirmativo.

§ 28.

Affirmativam vim *μέν* particula plerumque non habet nisi apud Homerum raroque apud Herodotum, praesertim in his formulis *ἦ μέν, οὐ μέν, μὴ μέν, καὶ μέν, καὶ μὲν δή, οὐ μὲν δή, οὐδὲ μέν, οὐδὲ μὲν οὐδέ, ἀτὰρ μέν, γὲ μέν.* cf. Kruegeri Gr. Gr. II. § 69. 44, 1 et 2. Attamen etiam in vulgari sermone in nonnullis locutionibus *μέν* affirmativam vim retinuit in *πάνυ, παντάπασι, κομιδῇ μὲν οὖν, ἀλλὰ μὲν δή, καὶ μὲν δή, οὐ μὲν δή, μὲν οὖν*, in quibus nunquam *μήν* dicitur. Apud Aeschylum et nisi prorsus fallor etiam apud ceteros poetas tragicos in sola loquendi formula *μὲν οὖν* haec vis affirmativa apparet. Attamen *μέν* in hac formula non semper affirmativam vim habet: nam etiam responsivum esse potest. Triplici enim ratione hae particulae usurpantur.

a) Primum ubi utraque particula propriam habet vim, *μέν* particulae respondere debet *δέ*: quod ubi non fit, necesse est ex sententiarum cohaerentia intelligatur; *οὖν* autem

continuat sermonem cum quadam conclusionis significatione. Respondent igitur Latinis particulis: et quidem[26]) interposita fere aliqua voce. Ita etiam a M. Tullio verti solent. Sin vero Tullius alias eas vertit: atque ita, alias itaque, igitur, non redundat *μέν*, ut Devarius p. 125 docuit, nulla habita ratione particulae prioris *μέν*, sed in talibus locis, quum *μέν* apte verti non possit, ea vox, cui adiectum est, accentu effertur. cf. § 5. Minime igitur *μέν* redundat. Ita Suppl. 133. *πλάτα μὲν οὖν λινορραφῆς τε δόμος ἄλα στέγων δορὸς ἐχείματον μ' ἔπεμπε σὺν πνοαῖς. οὐδὲ μέμφομαι. τελευτὰς δ' ... οὖν* h. l. igitur significat et *μέν* particulae respondet *τελευτὰς δ'*. Sept. 615. *δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ προσβαλεῖν πύλαις.* Respondet 620. *ὅμως δ' ἐπ' αὐτῷ φῶτα Λασθένους βίαν κτλ.* Ch. 700. *ἐγὼ μὲν οὖν ξένοισιν ὧδ' εὐδαίμοσιν κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων ἂν ἤθελον γνωστὸς γενέσθαι κτλ.* cf. § 23. Prom. 827. *ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων, πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα σῶν πλανημάτων.*

b) Graecae particulae *μὲν οὖν* respondent Latinis profecto igitur. Itaque *οὖν* suam habet vim, *μέν* autem ita neque responsivum neque ellipticum, sed affirmativum est. Eum. 38. *δείσασα γὰρ γραῦς οὐδέν, ἀντίπαις μὲν οὖν.*

c) In respondendo quum uteris *μέν* particula affirmativa, eandem quam Latinum immo vero habet corrigendi significationem, sive corrigis quae alter dixit sive quae ipse dixisti. Pers. 1032. *Χο. παπαῖ παπαῖ. Ξε. καὶ πλέον ἤ παπαῖ μὲν οὖν.* Ag. 1090. *Χο. πρὸς τὴν Ἀτρειδῶν· εἰ σὺ μὴ τόδ' ἐννοεῖς, ἐγὼ λέγω σοι· καὶ τάδ' οὐκ ἐρεῖς ψύθη. Κα. μισόθεον μὲν οὖν.* 1396. *τῷδ' ἂν δικαίως ἦν, ὑπερδίκως μὲν οὖν.* Ch. 999. *τί νιν προσείπω καὶ τύχω μάλ' εὐστομῶν; ἄγρευμα θηρὸς ἢ νεκροῦ λοδένδυτον δροίτης κατασκήνωμα; δίκτυον μὲν οὖν.*

Ceterum *μέν* affirmativum apud Aeschylum non legitur. Nam exemplum, quod fortasse huc pertinere videatur, quum singulare sit, correxi in § 27. Est autem Pers. 548.

Pars II.

De vi et usu *δέ* particulae.

§ 29.

De origine et primaria *δέ* particulae vi disputavimus in § 2. Deinde in § 5 ostendimus, per *δέ* particulam duo

[26]) cf. Herm. ad Vig. p. 845 n. 342.

enuntiata aut coniungi aut inter se opponi. Hinc efficitur δέ aut per copulativas particulas et que (cf. e. gr. Pers. 365. Sept. 433. 434. Prom. 74. 674 et saepe alias) aut per adversativas sed, autem vertendum esse.

§ 30.

δέ in verborum oppositione.

Adversandi autem, non copulandi vis, quam μέν et δέ particulis, ubi non diversis enuntiatis, sed diversis unius enuntiati membris adiectae sint, inesse diximus, eadem, inquam, est adversandi vis, ubi δέ particula ad alterum enuntiati membrum addita est, non addito μέν vocabulo ad alterum.

Pers. 560. *νᾶες μὲν ἄγαγον, τοτοῖ, νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ, νᾶες παναλέθροισιν ἐμβολαῖς, διὰ δ' Ἰαόνων χέρας.* i. e. naves quidem perdiderunt, sed per Ionum manus.

Pers. 1034. *λυπρὰ, χάρματα δ' ἐχθροῖς.* Suppl. 775. *ἄγγελον δ' οὐ μέμψεται πόλις γέρονθ', ἱβῶντα δ' εὐγλώσσῳ φρενί.* Suppl. 1008. *μηδ' αἶσχος ἡμῖν, ἡδονὴν δ' ἐχθροῖς ἐμοῖς πράξωμεν.* Ag. 531. *ἄναξ Ἀτρείδης πρέσβυς εὐδαίμων ἀνὴρ ἥκει, τίεσθαι δ' ἀξιώτατος βροτῶν τῶν νῦν.* Ch. 191. ex Rossbachii transpositione: *ἐμοὶ δὲ μήτηρ, δύσθεον πεπαμένη φρόντιμα παισὶν, οὐδαμῶς δ' ἐπώνυμον.* Ch. 740. *κεύθουσ' ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις καλῶς κείνῃ, δόμοις δὲ τοῖσδε παγκάκως ἔχειν.* Ch. 993. *ἐξ οὗ τέκνων ἤνεγχ' ὑπὸ ζώνην βάρος, φίλον τέως, νῦν δ' ἐχθρὸν, ὡς φαίνει, κακὸν, τί σοι δοκεῖ:* Eum. 52. *ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν εἶται, μέλαιναι δ' ἐς τὸ πᾶν βδελύκτροποι.* Attamen hic locus labem contraxisse videtur; neque enim *μέλαιναι* et *βδελύκτροποι* possunt *ἀσυνδέτως* coniungi. Quare scribendum puto: *μέλαναι δ' ἐς τε πᾶν βδελύκτροποι.* Prom. 929. *ἄπειρο τελεῖται, πρὸς δ' ἃ βούλομαι λέγω.*

Salebrosi sunt hi loci: Ch. 901. *ποῦ δὴ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα τὰ πυθόχρηστα, πιστὰ δ' εὐορκώματα,* quum duo membra non disiungenda, sed coniungenda sint, δ' mutandum est in τ', quod iam G. Hermannus fecit. Falso Dindorfius et Hartungius δ' retinuerunt. Hariolatus est Hartungius ad hunc locum (ad v. 841) haec animadvertens: „Hermann schreibt *πιστά τ'*. Das ist nicht nöthig, sogar wider die Regel, wo einem Dinge zwei Prädikate beigelegt werden. Denn *Λοξίου μαντεύματα τὰ πυθόχρηστα* sind wie ein Begriff zu fassen.“ Dicendum fuit: zwei entgegengesetzte Attribute. Ceterum manifeste *εὐορκώματα* iuramenta Orestis et Pyladis sunt. — Ch. 713. *ἄγ' αὐτὸν εἰς*

ἀνδρῶνας εὐξένους δόμων, ὀπισθόπους δὲ τούσδε καὶ ξυνεμπόρους. Recte Hermannus: *ὀπισθόπουν τε τοῦδε καὶ ξυνέμπορον,* nisi lacuna potius statuenda videtur esse. Pers. 1020. *Ξε. ὁρᾷς τὸ λοιπὸν τόδε τᾶς ἐμᾶς στολᾶς; Χο. ὁρῶ ὁρῶ. Ξε. τόνδε δ' οἰστοδέγμονα.* δ' iam ab aliis mutatum est in τ'. Falso Hermannus librorum scripturam retinuit. Sept. 537. *ὁ δ' ὠμὸν, οὔτι παρθένων ἐπώνυμον, φρόνημα, γοργὸν δ' ὄμμ' ἔχων, προσίσταται.* Scribendum est *γοργόν τ'.* Ch. 841. *νέαν φάτιν δὲ πεύθομαι λέγειν τινὰς ξένους μολόντας οὐδαμῶς ἐφίμερον, μόρον δ' Ὀρέστου.* Verba *νέαν φάτιν* per *μόρον Ὀρέστου* explicantur neque vero oppositio in h. l. inest. Quare necesse est scribatur cum Porto et Stanleio *μόρον γ' Ὀρέστου.* Quem locum Wellauer in lex Aesch. p. 127 male interpretatus est.

Violavit autem hanc legem Hartungius post Suppl. v. 372 plene interpungens. Ita enim δ' v. 374 ferri nequit. Est potius post v. 373 *μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν* interpungendum.

Ceterum cf. Soph. Trach. 198. Eur. Phoen. 1680. Bacch. 861. Hel. 987. Suppl. 907. Herc. fur. 588. J. A. 957. J. T. 679. Or. 1405. Troi. 567.

§ 31.

δέ in appositione.

Ex simili genere sunt ei loci, in quibus δέ ad appositionem accedit[27]). Quomodo δέ particula in his locis explicanda sit, a grammaticis non satis cognitum est. Ex mea interpretatione de hac re ita iudicandum est: Nomen proprium aut ponitur aut cogitatur atque eius diversa attributa ita afferuntur, ut alterum alteri per δέ particulam opponatur. Hoc si tenemus, elucet, cur ita non solum δέ, sed etiam μέν et δέ poni possint, veluti in Eur. Oen. fr. 1. 3: *Τυδεὺς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμὸς ᾤκησεν Ἄργος.* In hisce igitur exemplis re vera oppositio inest, quare τέ sive καί non possunt admitti.

Pers. 152. *ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως, βασίλεια δ' ἐμὴ, προσπίτνω.* Ag. 1405. *οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων, ἐμὸς πόσις, νεκρὸς δὲ ...* Ag. 1442 *πιστὴ ξύνευνος, ναυτίλων δὲ σελμάτων ἰσοτριβής.* Ch. 189. *ἀλλ' οὐδὲ μήν νιν ἡ κτανοῦσ' ἐκείρατο, ἐμὴ δὲ μήτηρ.* Praeter necessitatem Porsonus *ἐμή γε* scripsit, quod recepit Dindorfius. Neque etiam recte Hermannus ante *ἐμὴ*

[27]) cf. Klotz. l. s. s. II. p. 358. — Hartung. l. s. s. I. p. 169. — Elmsleii adn. ad Eur. Med. 940. — L. Dindorf. in Steph. Thes. Gr. ling. vol. II. p. 927. A. B.

δε lacunam statuit. Soph. O. C. 322. *παῖδα σήν, ἐμὴν δ' ὁρᾶν ὅμαιμον.* 1275. *ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες.* Trach. 739. *τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι, τὸν δ' ἐμὸν λέγω πατέρα.* Eur. Hec. 534. *ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός.* Bacch. 507. *Πενθεὺς Ἀγαύης παῖς, πατρὸς δ' Ἐχίονος.* Herc. fur 97. *ἔλθοι τ' ἔτ' ἂν παῖς οὑμός, εὐνήτωρ δὲ σός.* El. 1243. *σφαγὰς ἀδελφῆς τῆσδε, μητέρος δὲ σῆς.* Andr. 885. *Ἀγαμέμνονός τε καὶ Κλυταιμνήστρας τόκος, ὄνομα δ' Ὀρέστης.* Med. 970. *πατρὸς νέαν γυναῖκα, δεσπότιν δ' ἐμήν.* In codicibus legitur *τ'*. Correxit Elmsleius.

Sed duo diversa eiusdem notionis attributa etiam per *τέ — τέ* coniungi possunt. Soph. Trach. 405. *πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν, Οἰνέως κόρην, δάμαρτά θ' Ἡρακλέους, εἰ μὴ κυρῶ λεύσσων μάταια, δεσπότιν τε τὴν ἐμήν.* i. e. Deianiram, Oenei filiam, quae et uxor Herculis est et mea domina. Eur. J. A. 1153. *καὶ τὼ Διός τε παῖδ' ἐμώ τε συγγόνω ἵπποισι μαρμαίροντ' ἐπεστρατευσάτην.* Probanda enim est Marklandi emendatio *Διός τε* pro *Διός γε*, quod est in codicibus. — Recte vero *τέ* legitur in Eur. El. 613. *κτανὼν Θυέστου παῖδα σήν τε μητέρα* i. e. Aegisthum et Clytaemnestram. et Aesch. Pers. 681. *ὦ πιστὰ πιστῶν, ἥλικές θ' ἥβης ἐμῆς Πέρσαι γεραιοὶ κτλ.* Falso Hartungius *δ'* scripsit, quum inter haec duo attributa oppositio non intercedat.

Emendatione egent hi loci: Ag. 1585. *Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατὴρ, πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν, ὡς τορῶς φράσαι, αὑτοῦ τ' ἀδελφὸν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει, ἠνδρηλάτησεν.* Immerito retinuerunt *τ'* Hermannus, Schneidewinus, Enger; nam probabiliter iam Elmsleius *αὑτοῦ δ'* scripsit, quum de solo Thyeste sermo sit. — Eur. A[illegible]r 25. *κἀγὼ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντίκτω κόρον, πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδί, δεσπότῃ τ' ἐμῷ.* Scribendum erit *δ'*, minus recte Brunckius, Nauckius, Kirchhoffius aliique *γ'*. — 248. *Ἑλένη νιν ὤλεσ', οὐκ ἐγὼ, μήτηρ δὲ σή.* *δέ* non habet offensionem, quum antecedat *οὐκ*. Falso Musurus, Elmsleius *γέ* scripserunt. — *γέ* legendum est in Bacch. 925. *τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν ἢ τὴν Ἀγαύης ἑστάναι, μητρός γ' ἐμῆς;* quum in priore membro non attributum, sed nomen ipsum afferatur. — Ita etiam in J. A. 1455. *πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει πόσιν τε σόν.* Probabilem esse puto Elmsleii coniecturam *γε* i. e. scilicet maritum tuum, quem odisse non debes. — In El. 487. *ποῦ ποῦ νεᾶνις πότνι' ἐμὴ δέσποινά τε,* recte Hartungius *τε* mutavit in *γε*.

§ 32.

Etiam participium per particulam *δέ* adiicitur non nunquam ad nomen substantivum, quasi iam aliud, cui opponi

posset, praecessisset. Sed id ita fit, quasi verbum finitum rursus ad ea, quae apponuntur, verba cogitatione adsumendum sit. De hac re locutus est Klotzius l. s. s. II. p. 359, qui nonnulla exempla ex scriptoribus attulit, quibus adiecit unum Euripidis locum, qui legitur in Alc. 204. *φθίνει γὰρ καὶ μαραίνεται νόσῳ, παρεμένη δὲ χειρὸς ἄθλιον βάρος.* = *μαραίνεται δὲ παρεμένη.* Eiusdem generis alia exempla ap. poett. tragg. non leguntur.

§ 33.

δέ = *ἀλλά.*

In *δέ* particula, si infertur post sententiam negativam, non respici videtur praecedens negatio. Neque enim *δέ* in hisce exemplis eandem vim habet quam *ἀλλά*, quum *δέ* et *ἀλλά* diversae sint significationis, sed ex sua origine et natura (= deinde) *δέ* hic locum habere potest. — Ita dicitur *οὐ-δέ.* Eum 98. *ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται, αἰσχρῶς δ' ἁλῶμαι.* ibid. 659. Prom. 206. 512. Ag. 389. 462. 1121. 1131. Apte etiam legitur Sept. 919. *οὐ φιλογαθὴς, ἐτύμως δακρυχέων δ' ἐκ φρενὸς*, ubi ab interpretibus *δ'* eiectum est. *μή-δέ.* Prom. 1075. Sept. 74. *οὐ-οὐδέ-δέ.* Prom. 213. 321. *μή-μηδέ-δέ.* Prom. 437. *οὔτε-οὔτε-δέ.* Sept. 508. Prom. 22. *οὔτε-οὐ-δέ.* Prom. 452. *μήτε-μήτε-δέ.* Soph. Ant. 205. O. R. 241. O. C. 1682. *οὐδέ-δέ.* Pers. 655. *οὐδαμά-δέ.* Soph. Ant. 831. *μηδέ-δέ.* Soph. Phil. 716. *μηδέ-μηδέ-δέ.* O. R. 819. *μήποτε-δέ.* O. C. 1634. Phoen. 777. *μήπω-δέ.* Prom. 631. *οὔτοι-δέ.* Or. 262. *οὔτις-δέ.* Pers. 415. Sept. 537. Ch. 1020. Eum. 315. 737. *οὐδείς-δέ.* Pers. 279. Prom. 180. *μή-δ' ὅμως.* O. R. 302. Trach. 1190.

§ 34.

δέ in repetitione eiusdem vel similis vocis.

Ut per *μέν* et *δέ* saepe eadem vel similis vox repetitur (cf. § 8), ita haec repetitio etiam per *δέ* non antecedente *μέν* fit. Haec autem vox ita debet esse comparata, ut duobus eiusdem enuntiati membris communis sit; quare ubi semel tantum ea notio posita est, membra per *τέ-καί* coniungi debent. Explicandi ratio igitur eadem est, quam in § 8 explanavimus.

A. Eadem notio repetitur.

a) Substantivum. Pers. 655. *θεομήστωρ δ' ἐκικλήσκετο Πέρσαις, θεομήστωρ δ' ἔσκεν.* Sept. 962. *δορὶ*

δ' ἔκανες. δορὶ δ' ἔθανες. Pers. 650 ex Rossbachii emendatione: *Ἀΐδωνεὺς δ' ἀναλομπὸς ἀνείης, Ἀΐδωνεὺς δ' αἶρι τὸν οἷον ἄνακτα Δαρεῖον.*

b) Verbum. Pers. 403. *ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ παῖδας.* Ch. 492. 973. cf. 980. Eum. 1014.

c) Adiectivum. Eum. 34. *ἢ δεινὰ λέξαι, δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν.* Sept. 971. 994. Suppl. 1007. Eum. 656. Falso *δὲ* mutatum in *τέ* ab omnibus fere interpretibus in Pers. 379. *πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ ἐς ναῦν ἐχώρει, πᾶς δ' ὅπλων ἐπιστάτης = πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ τε καὶ ὅπλων ἐπιστάτης.* Ex eodem genere est locus, quem non mutarunt in Eum. 965. *παντὶ δόμῳ μετάκοινοι, παντὶ χρόνῳ δ' ἐπιβριθεῖς.*

d) Pronomen. Suppl. 370. *σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δάμιον.* Ch. 338. *τί τῶνδ' εὖ; τί δ' ἄτερ κακῶν;*

e) Adverbium. Pers. 968. *ποῦ σοι Φαρνοῦχος . . ., ποῦ δὲ Σενάλκης ἄναξ.* Ibid. 956.

f) Interiectio. Sept. 891. *αἰαῖ δαιμόνιοι, αἰαῖ δ' ἀντιφόνων ἐκ θανάτων ἀραί.*

g) Praepositio. Ch. 431. *ἄνευ πολιτῶν ἄνακτ', ἄνευ δὲ πενθημάτων.*

B. Similis notio repetitur.

a) Verbum. Eur. Bacch. 1084. *σίγησε δ' αἰθὴρ, σιγᾷ δ' εὔλειμος νάπη φύλλ' εἶχε.* J. T. 984. *σῶσον πατρῷον οἶκον, ἔκσωσον δ' ἐμέ.* Ion. 1080.

b) Interiectio. Eur. Troi. 796. *οἵ 'γὼ πόλεως, οἵμοι δὲ σέθεν.*

Non in hoc numero reponi posse ea exempla, in quibus coniunctio per *δέ* repetitur, elucet ex eis, quae in § 8 disputata sunt. Ita in Pers. 601. *ὅταν-ὅταν δέ.* Suppl. 959. cf. 960. *εἰ-εἰ δέ.* Neque huc spectant ei loci, in quibus vox repetita vim habet distributivam. Pers. 296. *τὶς οὐ τέθνηκε, τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν τῶν ἀρχελείων.* cf. Sept. 1057. Ag. 85. Differt etiam Ag. 568. *παροίχεται λόγος. παροίχεται δέ, τοῖσι μὲν τεθνηκόσιν κτλ.* Hoc enim loco repetitio plane rhetorica est. Item alia ratione explicandus est locus, qui legitur in Sept. 795.

πόλις πέφευγεν ἥδε δούλιον ζυγόν.
πέπτωκεν ἀνδρῶν ὀβρίμων κομπάσματα.
πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε καὶ κλυδωνίου
πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο.

δ' enim ob oppositionem positum est, quae intercedit inter v. 795 et 794. Sed v. 794 vitiosus est, quum asyndeton ferri nequeat, quare ex cod. M. lectione *πέπτωκεν δ'*

non *πέπτωκεν*, quod vulgo factum est, sed *πέπτωκε δ'* restituendum esse existimo.

Ex alio genere esse arbitror locum, qui huc facere videtur et legitur ap. Aeschylum in Suppl. 983.

> *ὦ παῖδες, Ἀργείοισιν εὔχεσθαι χρεών,*
> *θύειν τε λείβειν θ', ὡς θεοῖς Ὀλυμπίοις,*
> *σπονδὰς, ἐπεὶ σωτῆρες οὐ διχορρόπως.*
> *καί μου τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐκτενεῖς*
> *φίλου πικρῶς ἥκουσαν αὐτανεψίους.*
> *ἐμοῦ δ' ὀπαδοὺς τοῦσδε καὶ δορυσσόους*
> *ἔταξαν.*

In h. l. primum *καί μου* sententiae refragatur. Quid enim Danaus contra Aegyptios fecit? Nil in fabula narratum est. Accedit vero quod ita sententia enascitur, quae prorsus contraria esse debet. Quare omnes interpretes, quum *καί μου* sanum esse putarent, *φίλου* mutare coacti erant, ex quo Hermannus *μάλ' οὐ*, Hartungius *ἔγ' οὐ*, alii aliud fecerunt. At certo *φίλου* sanum est, *ἐκτενεῖς* autem corruptum. Pendet enim *φίλου* ex praepositione *ἐκ*, quae latet in *ἐκτενεῖς*. Quid igitur *τενεῖς* fuit? Nil nisi substantivum in genetivo collocatum, quo referri possit adiectivum *φίλου*. Hoc vero *γένους* esse primo obtutu apparet. Erit igitur scribendum: *τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐκ γένους φίλου*. *καί μου* autem labem contraxisse iam diximus. Ex sententia flagitatur *κείνων*. Ita enim Aegyptiis (*κείνων τὰ μὲν πραχθέντα*) Danaus se ipsum (*ἐμοῦ δ'*) opponit. Atque Aegyptiorum facta Argivi vituperabant. Haec emendatio et sententiae convenit et a litterarum ductu haud exilem habet commendationem: qua mutatione facta apparet *αὐτανεψίους* non ad Aegyptios, sed ad Danaides referendum esse, de quibus idem adiectivum Aeschylus in Suppl. 933 usurpavit *ἥκειν γυναικῶν αὐτανέψιον στόλον*, quare etiam pro *τοὺς* necesse est scribatur *τὰς*. Haec autem corruptela facile potuit oriri ab eis, qui putarent *αὐτανεψίους* esse Aegyptios. Totum igitur locum ex mea emendatione adscribam *κείνων τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τὰς ἐκ γένους φίλου πικρῶς ἥκουσαν αὐτανεψίους. ἐμοὶ δ' ὀπαδοὺς* ... Sententia ita enascitur praeclara; *γένος φίλον* autem ex frequentato loquendi usu genus cognatum significat. cf. Eum. 100 *παθοῦσα δ' οὔτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων*. Clytaemnestra igitur matricidam Oresten *τοὺς φιλτάτους* appellat. Ch. 546. *θρόμβῳ δ' ἔμιξεν αἵματος φίλου γάλα*. 616 *φοινίαν Σκύλλαν, ἃι' ἐχθρῶν ἱεραὶ φῶτ' ἀπώλεσεν φίλον*. Asyndeton autem in v. 983 *κείνου κιλ.* locum habet, quum verba *ἐπεὶ σωτῆρες οὐ διχορρόπως* per v. 983 sq. accuratius explicentur.

Hae leges, quamquam simplicissimae sunt, tamen a grammaticis sunt violatae. Ita prorsus falsa et arbitraria Hartungius disputavit ad Ch. 841 (901 Dind.)

ποῦ δὴ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα
τὰ πυθόχρηστα, πιστὰ δ' εὐορκώματα;

„Versteht man *πιστὰ εὐορκώματα* mit dem Schol. von dem Eide, welchen Orest und Pylades sich einander gegeben haben, so kann *τέ* noch weniger stattfinden, indem der Sinn ist *ποῦ μὲν τὰ Λοξίου μαντεύματα, ποῦ δὲ τὰ πιστὰ εὐορκώματα.*“ Quae si verba poetae essent, non offensioni forent; neque vero poeta *ποῦ δὲ* dixit. Gravissime etiam Schwerdtius has leges violavit in Suppl. 998.

θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοὶ, τί μήν;
καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ.

versibus transpositis

καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ
θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί· τί μήν;

haec animadvertens: „Ac primum quidem particulam *δέ* repetito eodem verbo dici satis constat. Nostro tamen loco non eadem voce sed repetita voce eiusdem significationis commode legitur. *κνώδαλα* autem et *θῆρες* revera eundem habent significatum etc.“ Haec verba abundant erroribus. Primum enim h. l. *θῆρες* et *κνώδαλα* non idem significant, quum voci *κνώδαλα* duo addita sint attributa *πτεροῦντα* et *πεδοστιβῆ*. *κνώδαλα* igitur singularem, *θῆρες* generalem habet significationem; quare multo aptius de *θῆρες* prius sermo est, quam de *κνώδαλα πτ. κ. π.* Deinde illa eiusdem vocis repetitio per *δέ* particulam non fit, nisi ubi duobus membris diversis communis est, ut in l. s. s. *ἢ δεινὰ λέξαι, δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν* vox *δεινὰ* duobus membris diversis *λέξαι* et *δρακεῖν* communis est = *ἢ δεινα λέξαι τε καὶ ὀφθαλμοῖς δρακεῖν.* At ubi in nostro loco illa diversa praedicata eiusdem vocis *θῆρες*? Immo unum tantum sequitur praedicatum. Sed mittamus haec. Ipse certam huius loci medicinam in promptu non habeo; illud tantum certum est, locum esse lacunosum atque ex mea quidem sententia hac ratione

τέρειν' ὀπωρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς,
θῆρες δὲ κηραίρουσι .....
καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ
..... καὶ βροτοί τί μήν;

θῆρες enim genus est, cuius species *κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ καὶ .....* sequi debent. Atque tum demum apte opponuntur homines, *βροτοί*. Recte iam Hermannus: „Indicat lacunam inconcinnitas dictorum.“

§ 35.

δέ = γάρ.

δέ particulam nonnunquam pro γάρ poni grammatici docent. Ita Aeschyli scholiastae saepe animadvertunt: ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ. cf. Schol. ad Ch. 239. ad Eum. 690. Vid. etiam ad Sept. 55. Recte de hoc loquendi genere disputavit G. Hermannus ad Vig. adn. 543. „Proprie non magis, inquit, δέ pro γάρ, quam apud Latinos autem pro enim dicitur: sed ubi quid in reddenda ratione sic affertur, ut id partem aliquam rei, de qua sermo est, constituat, plane ut in quavis narratione, ubi novum praecedentibus praedicatum accedit, δέ et autem locum habent, quippe ob id ipsum, quod novum quid accedit, oppositionem quamdam fieri indicantes. Hom. Il. ξ, 416. de arbore fulmine icta: τὸν δ' οὔπερ ἔχει θράσος, ὅς κεν ἴδηται, ἐγγὺς ἐών· χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός: timet, qui prope videt fulmen immitti: grave autem Jovis fulmen est.“ cf. Pers. 143. ἀλλ' ἄγε .... φροντίδα κεδνὴν καὶ βαθύβουλον θώμεθα, χρεία δὲ προσήκει. Sept. 249. δέδοικ', ἀραγμὸς δ' ἐν πύλαις ὀφέλλεται. cf. Sept. 41. 55. 288. 797. Suppl. 190. 496. Ag. 88. 252. 429. Praeter necessitatem Weilius δ' ἀφ' mutavit in γάρ. 788. 902. 962. 1044. 1273. Ch. 167. 239. Eum. 62. 87. 197. 598. 660. Prom. 182. 288. 818.

§ 36.

δέ post vocativum et pronomina personalia aut interrogativa.

In oratione vehementi et commota δέ saepe sequitur vocativum et pronomen aut personale aut interrogativum[28]). Haec sententia cui sit opposita, non nunquam aut minus explicate aut omnino in superioribus verbis expressum non est, sed ex tota loci natura et ratione perspicitur. Huius loquendi generis haec observavi exempla: Soph. El. 150. ἰὼ πανταλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν. Electram se ipsam Niobae opponere, ex versibus qui antecedunt apparet. Ex patriae linguae ratione haec exspectatur collocatio σὲ δέ, ἰὼ πανταλάμων Νιόβα κτλ. Ant. 1087. ὦ παῖ, σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους. cf. O. R. 1096. O. C. 507. Ai. 1409. Eur. Hec. 372. 415. 1287. Andr. 504. Bacch. 1363. El. 122. Or. 622. 1065. 1675. Soph. Ant. 1122. cf. 1126.

[28]) cf. R. Porson. ad Eur. Or. v. 614. et post eum G. H. Schaefer, deinde G. Herm. ad Soph. El. v. 147, L. Dindorf. in H. Stephani Thesauro Gr. ling. vol. II. p. 929, A. Hartung. l. s. s. I. p. 169, Klotz. l. s. s. II. p. 365.

μέν etiam antecedere potest. Aesch. Prom. 1. *χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον Σκύθην ἐς οἶμον, ... Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολάς.* In hoc exemplo *δέ* oppositum est *μέν* particulae v. 1; non enim iuste Klotzius negavit, *δέ* ad *μέν* referendum esse. Opponuntur sibi duo Jovis mandata *ἥκειν Σκύθην ἐς οἶμον* et *Προμηθέα πρὸς πέτραις ὀχμάσαι.* Illud tribus Jovis ministris, hoc soli Vulcano mandatum est. Sin *μέν* et *δέ* ad tota pertinent enuntiata, ponuntur post primum verbum, quare *χθονὸς μὲν* dicitur. Neque vero ad alterum membrum *δέ* positum est, sed ad *σοί*. Duae enim constructiones sunt confusae; aut *χθονὸς μέν* et *ὀχμάσαι δέ* aut *ἡμεῖς μέν — σοὶ δέ* dicendum fuit, ex qua confusione illa particularum collocatio orta est. — Simili ratione *δέ* post vocativum et pronomen interrogativum positum est in Soph. O. C. 333. *τέκνον, τί δ' ἦλθες*, cf. 1459. Eur. Andr. 526. Etiam post vocativum et substantivum *δέ* legitur in Soph. O. C. 592. *ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον.*

§ 37.

δέ post interiectionem et pronomina personalia aut interrogativa.

Hic usus, quem grammatici prorsus omiserunt, eadem ratione explicandus est, qua *δέ* post vocativum et pronomen explanavimus[30]), Eur. Suppl. 1132. *παπαῖ παπαῖ, ἐγὼ δ' ἔρημος ἀθλίου πατρὸς τάλας ἔρημον οἶκον ὀρφανεύσομαι λαβών.* *δέ* intelligitur ex *v.* 1128 sqq. *πᾷ δάκρυα φέρεις φίλᾳ ματρὶ τῶν ὀλωλότων.* cf. Andr. 535. Suppl. 1135. Troi. 197. 190.

§ 38.

δέ in ordiendo sermone.

δέ ubi in principio orationis ita positum est, ut nihil, quo respiciat in oratione eius, qui loquitur, ipsa declaratum sit, ex tota loci conditione, maxime ex eis, quae antecedunt, interpretandum est. Atque id quidem solet hoc modo fieri, ut *δέ* orationi continuandae inserviat, etiamsi ea alterius dictis interpellata fuerit. cf. Herm. ad. Vig. 343b. Pers. 302. *Αγ. Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῆ τε καὶ βλέπει φάος.*

---

[30]) Ita etiam interpretandus videtur usus ille, ex quo post vocativum *ἀλλά* invenitur, quam particulam nos ante vocativum collocari exspectamus. Soph. O. R. 1507. *ὦ παῖ Μενοικέως, ἀλλ' ἐπεὶ μόνος κτλ.* = *ἀλλ' ὦ παῖ κτλ.* cf. Eur. Andr. 222. Neque vero huc faciunt ei loci, in quibus *ἀλλά* saltem significat, veluti O. C. 237. 1405, Eur. Phoen. 1671. Ita enim *ἀλλά* sine offensione etiam in apodosi poni potest.

Ατ. ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασιν ... Αγ. Ἀρτεμβάρης δὲ κτλ. 350. *Ατ. ἔτ' ἆρ' Ἀθηνῶν ἔστ' ἀπόρθητος πόλις; Αγ. θεοὶ πόλιν σώζουσι .... Ατ. ἀρχὴ δὲ ναυσὶ συμβολῆς τίς ἦν; φράσον.* 480. *Ατ. σὺ δ' εἶπε, ναῶν αἳ πεφεύγασιν μόρον, ποῦ τάσδ' ἔλειπες; οἶσθα σημῆναι τορῶς; Αγ. ναῶν δὲ ταγοὶ κτλ.* Etiam h. l. nuntius verba Atossae non respiciens ea continuat, quae postrema dixerat in v. 471. Falso plerumque *γέ*. Suppl. 222. *Δα. Ἑρμῆς ὅδ' ἄλλος τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις. Χο. ἐλευθέροις νυν ἐσθλὰ κηρυκευέτω. Δα. πάντων δ' ἀνάκτων τῶνδε κοινοβωμίαν σέβεσθ'.* cf. Pers. 732 et 734. — 1030. — 1059. 1060. 1065. — Ch. 493. — 535. — Eum. 938. 956. 976. — Prom. 620.

Labem contraxerunt hi loci: Pers. 286. *Αγ. ὦ πλεῖστον ἔχθος ὄνομα Σαλαμῖνος κλύειν. φεῦ, τῶν Ἀθηνῶν ὡς στένω μεμνημένος. Χο. στυγναὶ δ' Ἀθᾶναι δᾴοις.* Hermannus: „Acquiescendum erat in plerorumque librorum lectione. Nam *δέ* particula continuat orationem iis quae chorus postrema dixerat.“ Minime. Chori enim postrema verba alius sunt argumenti. Immo potius chorus ea continuat, quae nuntius dixerat: *φεῦ τῶν Ἀθηνῶν κτλ.* Quare *γ'* cum M. cod. legendum videtur. — Eum. 1021. *αἰνῶ δὲ μύθους τῶνδε τῶν κατευγμάτων πέμψω τε φέγγει λαμπάδων σελασφόρων.* Hermannus: „Nullus hic locus est particulae adversativae aut orationem continuanti. Scribendum *αἰνῶ τε*.“ Melior, opinor, Rossbachii emendatio est *αἰνοῦσα πέμψω σε*. — Pers. 1052. *Ξε. βόα νυν ἀντίδουπά μοι. Χο. μέλειν πάρεστι, δέσποτα. Ξε. ἐπορθίαζέ νυν γόοις. Χο. ὀτοτοτοῖ, μέλαινα δ' ἀμμεμίξεται κτλ.*

δέ particula explicari non potest, quare locum corruptelam traxisse arbitror, quamquam ipse medicinam non habeo in promptu.

§ 39.

δέ in responsione.

δέ in responsione ponitur, ubi responsum eis oppositum est, quae antea dicta erant. Sept. 1026. *Κη. ἄτιμον εἶναι δ' ἐκφορᾶς φίλων ἔπο. τοιαῦτ' ἔδοξε τῷδε Καδμείων τέλει. Αν. ἐγὼ δὲ Καδμείων γε προστάταις λέγω κτλ.* — 1052. *Κη. ἔρις περαίνει μῦθον ὑστάτη θεῶν. Αν. ἐγὼ δὲ θάψω τόνδε, μὴ μακρηγόρει.* — Suppl. 514. *Χο. οὔτοι τι θαῦμα δυσφορεῖν φόβῳ φρενός. Βα. ἀεὶ δ' ἀνάκτων ἐστὶ δεῖμ' ἐξαίσιον.* — Suppl. 746. *Χο. ἐξωλές ἐστι μάργον Αἰγύπτου γένος κτλ. Δα. πολλοὺς δέ γ' εὑρήσουσιν ἐν μεσημβρίας θάλπει βραχίον' εὖ κατερρινημένους.* 923. *Κη. τοὺς ἀμφὶ Νεῖλον δαίμονας σεβίζομαι. Βα. οἱ δ' ἐνθάδ' οὐδέν, ὡς*

ἐγὼ σέθεν κλύω. cf. Pers. 241. 446. ubi vocativus praepositus est. Sept. 813. 961. 962. 967. 969. 981. 991. Ag. 274. 278. 939. 1069. 1078. 1300. Ch. 110. 410. 439. 552. Falso Hartungius *γένοιτο δὴ οὕτως.* 921. Eum. 226. 232. Prom. 67. 259. 589. 743. 935.

δέ in responsione etiam ita poni potest, ut ea persona, quae respondet, unum verbum ex eis, quae altera persona dixerat, per *δέ* particulam repetat, qui usus eadem ratione explicandus est, qua supra *δέ* in repetitione eiusdem vocis explanatum est. Ita in Sept. 962. *Αν. δορὶ δ' ἔκανες. Ισ. δορὶ δ' ἔθανες.* 972. *Αν. διπλᾶ λέγειν. Ισ. διπλᾶ δ' ὁρᾶν.* 994. *Αν. ὁλοὰ λέγειν. Ισ. ὁλοὰ δ' ὁρᾶν.* cf. Ch. 492.

Denique *δέ* in initio responsionis per ellipsin ponitur. Ita in Ag. 1475. *νῦν δ' ὤρθωσας στόματος γνώμην τὸν ... δαίμονα .... κικλήσκων. νῦν δ'* oppositum est eis, quae chorus in v 1455 sqq. dixerat *ἰὼ ἰὼ παράνους Ἑλένα κτλ.*, ex qua sententiarum cohaerentia intelligitur *πρότερον μὲν ἐσφαλης.*

§ 40.

δέ in interrogatione.

Idem dicendum est de eis locis, in quibus *δέ* interrogandi formulis cum maiore vi proferendis additur, imprimis pronominibus et adverbiis interrogativis, sed aliis etiam quaestionibus solo vocis sono extollendis. Aut opponitur interrogatio eis quae antecedunt, aut magis effertur, ut stupor, admiratio, indignatio, alia exprimantur.

Ita *πῶς δ' οὔ*; Pers. 1014. Suppl. 918. Ch. 123. Eum. 435. *τί δ' οὔκ*; Pers. 1016. Eum. 604. *πῶς δέ*; Pers. 721. Prom. 932. *τί δέ, τίς δέ* etc. Pers. 717. Sept. 804. Suppl. 336. 916. Ai. 935. 1306. Ch. 885. Prom. 766. 933. In quaestionibus sine pronomine aut adverbio interrogativo Pers. 719. 729. — Praeter necessitatem ex Porsoni coniectura *τί δ' οὖν* Sept. 208. Recte codices *τί οὖν.* cf. Herm. adn. ad v. 190.

§ 41.

Pari modo hemichorion verbis alterius hemichorii sua per *δέ* particulam potest opponere. Sept. 1071. *Ημ. ἡμεῖς μὲν ἴμεν καὶ συνθάψομεν αἵδε προπομποί κτλ. Ημ. ἡμεῖς δ' ἅμα τῷδ' κτλ.* cf. Suppl. 1056 sqq. Ag. 1350. Eum. 257. 269. Sept. 907. 937.

Verum etiam continuare potest ea, quae alterum hemichorion dixerat, ita ut *δε* vim habeat copulativam. Suppl. 1022. *Ημ. ἴτε μὰν ἀστυάναξιας κτλ. Ημ. ὑποδέξασθε δ'*

ὀπαδοὶ μέλος κτλ. Eadem ratione 1027. 1031. 1035. 1038. 1044.

Labem contraxerunt hi loci: Sept. 923. *πάρεστιν δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν κτλ.* Ita cod. M. Sed tertia syllaba brevis sit necesse est, quare omnes interpretes *πάρεστι δ'* scripserunt. At quum h. l. *δέ* particula neque adversativa sit neque sermonem continuet, scribendum esse arbitror *πάρεστιν εἰπεῖν κτλ.* — Sept. 886. *Ημ. ἰὼ ἰὼ δωμάτων ἐρειψίτοιχοι καὶ πικρᾶς μοναρχίας ἰδόντες, τί δῆ διήλλαχθε σὺν σιδάρῳ; Ημ. κάρτα δ' ἀληθῆ πατρὸς Οἰδιπόδα πότνι' Ἐρινὺς ἐπέκρανεν.*

Non solum *δέ* particulae nullus hic locus est, sed etiam verbum *ἐπέκρανεν* caret obiecto, ad quod referatur adiectivum *ἀληθῆ*. Quid enim ratum fecit furia? Etiam a metrica ratione hic locus salebrosus est.

Str. ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
Ant. – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Exstat ad h. l. scholion hoc: *κάρτα δ' ἀληθῆ: τῷ ὄντι ἡ τοῦ Οἰδίποδος Ἐρινὺς ἐτελείωσε τὰς ἐκείνου ἀρὰς κατὰ τῶν παίδων.* Scholiastam puto integriorem habuisse librum. Habet enim obiectum *τας ἐκείνου ἀρὰς*, quas voces esse explicationem alius verbi, quod ab Aeschylo scriptum erat, luce est clarius. Atque hoc quidem certissime restitui posse confido collato v. 725. *πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινὺν τέλεσαι τὰς περιθύμους κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος*, qui locus nostro simillimus est. Scribendum igitur erit *κατάρας ἤδη πατρὸς Οἰδιπόδα πότνι' Ἐρινὺς ἐπέκρανεν.*

§ 42.

δέ particula non nunquam etiam locum habet praegresso verbo, quo tolli videtur huius particulae necessitas. De hoc loquendi genere egregie disputavit G. Hermannus ad Aesch. Pers. 329, cuius verba hic ponam: „Pertinet", inquit, „hoc *δέ* ad illam sermonis Graeci proprietatem, qua post eas formulas, quibus dictum quid iri vel dici debere indicatur, particula quae nectendae orationi inserviat, ita adiicitur, tanquam si non praecessisset talis formula. Veluti quum *γάρ* post verba *σημεῖον δέ*, et quae similis formulae sunt, usurpatur. Quae proprietas latius extensa complectitur etiam talia, ut *λέγω ὅτι ἐγώ εἰμι ἐκεῖνος* et *ἐλθούσης ἐπιστολῆς, ὡς ἄνδρες αἰχμάλωτοι ἥκουσι*, multaque alia. Eodem igitur modo post interrogationis quasdam formulas, quasi eae formulae omnino non adessent, *δέ* nectendae orationis caussa infertur." Haec Hermannus. cf. Herm. ad Vig. 343b. Atque equidem nil habeo quod addam nisi

exempla a me observata, quibus hic usus confirmatur. Ita in Sept. 647. *Λίκη δ' ἐῷ εἶναί φησιν, ὡς τὰ γράμματα λέγει „κατάξω δ' ἄνδρα τόνδε καὶ πόλιν ἕξει πατρῴων δωμάτων ἐ ἐπιστροφάς.*" In interrogatione Pers. 334, quem locum iam G. Herm. observavit. *ἀτὰρ φράσον μοι τοῦτ' ἀναστρέ-ψας πάλιν, πόσον δὲ πλῆθος ἦν νεῶν Ἑλληνίδων.* Recte enim *δέ* in G. legitur, falso ob metrum M. *δή*. supervacanea Turnebi coniectura *πόσον τι*. — Ex eodem genere est Pers. 692. *τάχυνε δ', ὡς ἄμεμπτος ὦ χρόνον, τί δ' ἐστὶ Πέρσαις νεοχμὸν ἐμβριθὲς κακόν*; *τάχυνε* enim idem significat quod *ὡς τάχιστα φράσον. τί δ' ἐστὶ* recte G. Lips. Turn. *τί ἔστι* M. Ven. Mosc. Ox. Ald. Rob. et *δ'* a sec. m. supra addito Vit. Male vulgo post *χρόνον* plene interpungitur.

§ 43.

Etiam eadem persona ubi post interrogationem orationem continuat, nonnunquam per *δέ* particulam pergit, quamquam asyndeton exspectatur. In his exemplis aut ea, quae per interrogationem dicta erant, fere non respiciuntur (*δέ* enim spectat ad ea, quae ante interrogationem dicta erant), aut ea sententia, quae per *δέ* infertur, interrogationi ipsi opponitur, aut *δέ* idem valet atque *γάρ*, ita ut ratio afferatur interrogationis.

Primi generis haec sunt exempla: Suppl. 914. *οὗτος, τί ποιεῖς; ἐκ τίνος φρονήματος ἀνδρῶν Πελασγῶν τήνδ' ἀτι-μάζεις χθόνα; ἆλλ' ἢ γυναικῶν ἐς πόλιν δοκεῖς μολεῖν; κἀρβανος ὢν δ' Ἕλλησιν ἐγχλίεις ἄγαν.* Ag. 1507. Respondent sibi *μέν*-*δέ*; ea enim, quae interposita sunt (*πῶς πῶς*), non respiciuntur. cf. Ch. 704.

Ad alterum faciunt hi loci: Sept. 851. *διπλαῖ μέριμναι, διδυμάονα κακά . . . . τί φῶ; τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι δόμων ἐφέστιοι*; cf. 810. Suppl. 478. Ag. 983. 1199. 1420. Ch. 733. Eum. 393. 408. 437. 643. 1010. Prom. 260. 958.

Ex tertio genere sunt: Ag. 87. *τίνος ἀγγελίας πευ-θοῖ περίπεμπτα θυοσκεῖς; πάντων δὲ θεῶν . . . . βωμοὶ δώ-ροισι φλέγονται.* cf. Ag. 788. 1236. 1454. 1492. Ch. 517. Eum. 192. Prom. 125. 162. Eodem pertinet Ag. 571, ubi vulgo falso interpungitur. A sententia flagitatur haec interpunctio: *τί τους ἁναλωθέντας ἐν φήφῳ λέγειν; τὸν ζῶντα δ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου.*

§ 44.

δέ in apodosi. [31])

Per δέ particulam saepe apodosis introducitur. Quamquam in his locis oppositio cernitur, quum apodosis opponatur protasi, quam oppositionem intellectui audientium per δέ disertius offerre operae pretium videtur, tamen hoc loquendi genere continetur anacoluthia. Quum enim apodosis protasi per se opponi nequeat, sed ob conclusionem sine particula adversativa sit afferenda, et poetae et scriptores Graeci neglecta orationis constructione non nunquam apodosin ita conformant, ac si protasis non antecedat, sed sententia affirmativa, quae per se constet, ita ut altera ei possit opponi. Recte iam Buttmannus l. s. s. p. 150: „Apud Atticos autem, inquit, haec videtur lex certa esse, ut non nisi cum sermo extra protaseos et apodoseos formam spectatus oppositionem contineat per μέν et δέ enuntiandam, tum demum δέ in apodosi, interdum etiam ipsum μέν in protasi, servetur." Haec lex etiam in tragoediis Graecis cernitur, attamen a tragicis poëtis μέν in protasi in hoc dicendi genere non ponitur.

§ 45.

1) εἰ — δέ. (δ' οὖν - δ' ὅμως.)

Sententia conditionalis apodosis non nunquam per δέ introducitur. Ag. 1061. σὺ δ' εἴ τι δράσεις τῶνδε, μὴ σχολὴν τίθει. εἰ δ' ἀξυνήμων οὖσα μὴ δέχει λόγον, σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί. Nam protasis et apodosis, si per se starent, ita sonarent: ἀξυνήμων οὖσα οὐ δέχει λόγον, φράζε δὲ ἀντὶ φωνῆς καρβάνῳ χερί. — In his locis δέ particulae etiam alia potest adiungi, quae aut conclusionem (δ' οὖν) aut fortiorem aliquam oppositionem (δ' ὅμως) in se continet. Eum. 885. ἀλλ' εἰ μὲν ἀγνόν ἐστί σοι Πειθοῦς σέβας, γλώσσης ἐμῆς μείλιγμα καὶ θελκτήριον, σὺ δ' οὖν μένοις ἄν. Non respondet δέ in δ' οὖν particulae μὲν in εἰ μέν, sed εἰ μέν vocibus respondent quae deinde sequuntur εἰ δὲ μὴ θέλεις μένειν. Soph. Ant. 234. κεἰ τὸ μηδὲν ἐξεσῶ, φράσω δ' ὅμως. O. R. 302. πόλιν μὲν, εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ' ὅμως οἵᾳ νόσῳ σύνεστιν.

[31]) cf. Werfer in Act. Monac. vol. I. p. 88 sqq. — Phil. Buttmannus in Exc. XII. ad Demosth. orat. Mid. inde a p. 147. — ad Soph. Phil. v. 87. — G. Herm. ad Soph. Phil. p. 22 sq. — cf. quae disputavi in § 12, 2.

§ 46.

2) ἐπεί — δέ.

Etiam circumstantialem quam dicunt protasin δέ in apodosi excipit. Soph. O. R. 1267. ἐπεὶ δὲ γῆ ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν. Aesch Ch. 625. ἐπεὶ δ' ἐπεμνασαμαν ἀμειλίχων πόνων, ἀκαίρως δὲ δυσφιλὲς γαμήλευμ' ἀπεύχετον δόμοις γυναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ . . . ; Hic locus a sordibus non immunis est, probabiliter vero, quum desit verbum finitum, a Naegelsbachio ἀπεύχετον in ἀπευκτέον mutatum est. Pers. 415. ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν ἤθροιστ', ἀρωγὴ δ' οὔτις ἀλλήλοις παρῆν, αὐτοὶ δ' ὑφ' αὑτῶν ἐμβόλοις χαλκοστόμοις παίοντ' ἔθραυον πάντα κωπήρη στόλον, Ἑλληνικαί τε νῆες οὐκ ἀφρασμόνως κύκλῳ πέριξ ἔθεινον, ὑπτιοῦτο δὲ σκάφη νεῶν, θάλασσα δ' οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν. Nam a verbo αὐτοὶ apodosin incipere, ex sententia ipsa apparet. Quomodo vero in ὑπτιοῦτο δὲ iterum δέ in apodosi esse possit, id quod Hermannus ad v. 413 („Fugerat eum — Heathium — δέ in apodosi post ὡς positum ut v. 410") opinatus est, equidem non intelligo, nisi quis ad Ἑλληνικαί etc. particulam ὡς supplendam esse censeat, id quod prorsus languidum et supervacaneum est. — Pers. 205 cf. 201. Hermannus ex coniectura Aeschylo δέ in apodosi restituere conatus est. Iniuria, opinor. Nam quum omnia, ut in libris tradita sunt, optime procedant, non dubitandum est, quin genuina nunc exstet scriptura.

Cum his locis quandam habet similitudinem Ag. 197—205. καὶ τόθ' ἡγεμὼν . . . . εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ βαρύνοντ' Ἀχαϊκὸς λεὼς . . . , ἐπεὶ δὲ καὶ . . . . μάντις ἔκλαγξεν . . . . ἄναξ δ' ὁ πρέσβυς τότ' εἶπε . . . . Aerumnae, quae Graecis in Aulide erant perferendae, poetae animo tam vivide obversantur, ut fuse eas describat et in hac descriptione apodosin omittat. Quam ut deinde afferre possit, illam sententiam circumstantialem εὖτε ἐβαρύνοντο iterum excipit per ἐπεὶ δὲ καὶ etc., cui enuntiato denique apodosin per δέ particulam opponit. Duplici igitur ratione constructio relicta est.

Ex mea interpunctione et interpretatione etiam Ag. 244 huc facit. ἔβαλλ' ἕκαστον θυτήρων ἀπ' ὄμματος βέλει φιλοίκτῳ πρέπουσα θ' ὡς ἐν γραφαῖς, προσεννέπειν θέλουσ', ἐπεὶ πολλάκις πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους ἔμελψεν, ἁγνᾷ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ πατρὸς φίλου τριτόσπονδον εὔποτμον αἰῶνα φίλως ἐτίμα. Opinantur interpretes, participium per τέ particulam verbo finito adiungi. Ita Schneidewinus; „Auch zu προσεννέπειν θέλουσα ist ἔβαλλε zu ergänzen, indem statt des Instrumentalis βέλει das Particip ἔβαλλε

βέλει φιλοίκτῳ καὶ προσεννέπειν θέλουσα eintritt.“ Falso. opinor. Totum enim hoc loquendi genus, ex quo participium pro verbo finito poni posse creditur, ab Aeschylo abiudicandum esse censeo. [32]) Nam h. l. constructio, quae incipit a *πρέπουσα δ' ὡς ἐν γραφαῖς προσεννέπειν θέλουσ'*, continuatur per *ἀγνᾷ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ ... ἐτίμα*, ita ut ob sententiam circumstantialem *ἐπεὶ πολλάκις ... ἔμελψεν*, quae opposita est apodosi, apodosis ipsa per *δέ* inferatur.

---

[32]) Omnes loci, in quibus participium pro verbo finito videtur positum esse, aut alia ratione explicandi aut emendandi videntur. Prorsus eadem ratione qua Ag. 244 explicandus videtur Suppl. 552. *περᾷ δὲ Τειθραντος ἄστυ Μυσῶν, Λύδιά τε γύαλα, καὶ δι' ὀρῶν Κιλίκων Ἁμψίλων τε διορυτμένα γᾶς ποταμοὺς ἀενάους καὶ βαθίπλοντον χθόνα καὶ καὶ Ἀφροδίτας πολίπυρον αἶαν. ἱκνεῖται δ' εἰσικνουμένου βέλει βουκόλου πτερόεντος Ἄϊον πάμβοτον ἄλσος.* Quamquam participium non pro verbo finito poni potest, attamen non recte Hartungius v. 555 scripsit *χθόν' ἵκελο' εἰς Ἀφροδ. κτλ.* Nihil enim mutandum, sed post *αἶαν* colon, non punctum ponendum est, ita ut *δέ* in apodosi (*ἱκνεῖται δ'*) post participium consociatum cum reliqua oratione positum sit. Ag. 289. *μέγαν δὲ πανὸν ... Ἄθωον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο, ὑπερτελῆς τε πόντον.... σέλας παραγγείλασα Μακίστου σκοπᾶς.* Hic locus nihil valet, quum plura sint, cur salebrosus haberi debeat. Etiam ei, qui participium ita usurpari posse arbitrati sunt, hunc locum emendare tentarunt, emendatio ipsa tamen incerta est. — Ex coniectura vulgo legitur in Ag. 690 *ἐπεὶ πρεπόντως ἑλέναις, ἕλανδρος, ἑλέπτολις.... ἔπλευσεν.... πολέανδροί τε φεράσπιδες κυναγοὶ κατ' ἴχνος πλατᾶν ἄφαντον κελσάντων Σιμόεντος ἀκτὰς ἐπ' ἀξιφύλλοις κτλ., κελσάντων* quod ad fugientes refertur, ferri non potest ob ea quae sequuntur *δι' ἔριν αἱματόεσσαν*, quae ad persequentes spectant. Aurati coniecturae *κέλσαντες* obstat, quod tali ratione participium per *τέ* verbo finito adiungi nequit. Quare post *ἄφαντον* plene interpungendum et *κέλσαν δ' ἐς* scribendum videtur. Non enim praepositionem *ἐπί* in versu sequenti huc pertinere, versus antistrophicus docet. Quod vero Hartungius coniecit *κέλσαν πρὸς* multo minus huic loco convenit, quum illa sententia *ἐπεὶ κτλ.* post *ἄφαντον* prorsus absoluta sit. — In Ag. 1314. *ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν. ἀρκείτω βίος.* cum Hartzio interpunctio post *μοῖραν* delenda est, quo facto omnis difficultas tollitur, quum nominativus absolutus apte locum habeat. — In Eum. 788. *ἐγὼ δ' ἄτιμος.... ἰὼν ἰὼν ἀντιπενθῆ μεθεῖσα καρδίας σταλαγμὸν χθονὶ ἄφορον. ἐκ δὲ τοῦ λειχὴν ἄφυλλος, ἄτεκνος, ἰὼ δίκα, πέδον ἐπισ'μενος βροτοφθόροις κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖν* (vulgo *βαλεῖ*). Schol. *μεθεῖσα: ἀντὶ τοῦ μεθίσω μετοχὴ ἀντὶ ῥήματος, ὡς τὸ „καρπῷ βριθομένη“ ἀντὶ τοῦ βρίθεται.* Minime; nam ex *βαλεῖν*, quod est in libris non *βαλεῖ*, sed simpliciter *βαλῶ* faciendum est, qua mutatione facta haec *ἐκ δὲ τοῦ λειχὴν .... πέδον ἐπισ'μενος* per parenthesin dicta existimo, ita ut verbum finitum ad *μεθεῖσα* sit *βαλῶ*. — In Ag. 97. *τοίτων λέξαι ὅτι καὶ δυνατὸν καὶ θέμις αἰνεῖν παιὼν τε γενοῦ τῇδε μερίμνης.* Hermannus ad Vig. adn. 219 copulam participio, quasi id verbum rectum esset, subiectum et *τέ* post participium ut *εἶτα* usurpatum esse opinatus est. At hae res prorsus diversae sunt nec inter se possunt comparari. Recte Dindorfius *λέξαις*. Alterum locum quem Herm. ad Vig. laudavit Ch. 557. *ὡς ἂν δόλῳ κτείναντες ἄνδρα τίμιον δόλῳ τε καὶ ληφθῶσιν ἐν ταὐτῷ βρόχῳ θανόντες* ipse in Aeschyli editione mutavit in *δόλῳ δὲ καί*. Sane locus mutandus est, sed aliter quam Hermannus voluit. *δέ* enim explicari non potest. Melius Hartungius *δόλοισι καί*. — In Prom. 792. *ὅταν περάσῃς ᾗπερ ὄρθριον ἠπείρων ὄρος, πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἐς τ' ἂν ἐξ κῃ ...*

§ 47.

3) ὥσπερ — ὡσαύτως δέ.

Post comparativas quoque particulas δέ in apodosi legitur. Ita Soph. El. 27. *ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων, ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν, ἀλλ' ὀρθὸν*

Deest verbum finitum, quare vulgo post *ἡλιοστιβεῖς* aliquid excidisse creditur, quum participium pro verbo finito poni nequeat. Ipse conieceram *ἡλίου στίβει*, quod nunc video iam Siebelin et Hartungium scripsisse et argumentis satis defendisse. — Non difficultatem praebent tales loci, qualis est Eum. 1037. Nam per *γᾶς ὑπὸ .... τιχοῦσαι* continuantur verba strophae *βᾶτε δόμῳ παῖδες κτλ.* — Simili ratione in Ch. 356. ex Str. *δ* v. 351 *πολύχωστον ἂν εἶχες τάφον* supplendum est *π. ἂν εἶχεν τάφον*. — Eum. 144. *ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγώ*. Recte Rossbachius (de Eum. antichor. comm. p. 8) primum canticum ita inter hemichoria divisit, ut hic versus, in quo *παθοῦσα* vulgo pro *ἔπαθον* dictum putatur, continuetur v. 148. Quo facto haec est orationis perpetuitas: *ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγὼ ὕπνῳ κρατηθεῖσ' ἄγραν ὤλεσα*. — Eum. 359. *σπενδόμεναι δ' ἀφελεῖν κτλ.* In h. l. haesitare solent interpretes. Neque vero difficilis est ad intelligendum: participium non pro verbo finito positum est, sed verba quae antecedunt *ἐπὶ τὸν ὦ διόμεναι .... μαρούμεν ....* continuantur per *σπενδόμεναι δ' ἀφελεῖν κτλ.* Constructio igitur haec est: *μαρούμεν αὐτὸν κρατερὸν ὄντα διόμεναι, σπενδόμεναι δ' ἀφελεῖν κτλ.* = *διόμεναι μὲν αὐτόν, σπενδόμεναι δέ*. Quare post 359 non punctum, sed comma ponendum erit. Falso vero Hartungius *δ'* mutavit in *τ'*. — Eum. 68. *ὕπνῳ πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι, Νυκτὸς παλαιαὶ παῖδες, αἷς οὐ μίγνυται κτλ.* Recte Hermannus post *κόραι* versum excidisse arbitratur, id quod intelligitur ex versu antecedenti *καὶ νῦν ἁλοίσας τάσδε τὰς μάργους ὁρᾷς*, qui prorsus idem continet, quod in v. 68 dictum est. Quare novum quiddam adiungatur necesse est. — Pers. 569. *τοὶ δ' ἄρα πρωτόμοροι δὴ, φᾶ, λειφθέντες πρὸς ἀνάγκαν, ἦ, ἀκτὰς ἀμφὶ κυρτίας, ὁᾶ. τοὶ* est subiectum, *πρωτόμοροι* praedicatum, cui adiicitur *λειφθέντες*. — Ag. 1269. *ἰδοὺ δ' Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ χρηστηρίαν ἐσθῆτ', ἐποπτεύσας δέ με κἀν τοῖσδε κόσμοις καταγελωμένην μέγα*. Participium non in offensione est, quum sit exclamatio. Falso vero aut *ἐποπτεύσας* aut *δέ* mutatum est, quum sibi opposita sint *ἐκδύων* et *ἐποπτεύσας*.

Labem contraxerunt hi loci: Eum. 435. *Αθ. ἦ κἀπ' ἐμοὶ τρέποιτ' ἂν αἰτίας τέλος; Χο. πῶς δ' οὔ; σέβουσαι γ' ἀξίαν ἐπαξίων*. Hunc locum salebrosum esse et librorum dissensu et interpretum consensu pro certo habeo. Incertum vero est, quid sit scribendum. Equidem velim *σέβω σέ γ' ἀξίαν ἐπαξίων*. — Ag. 423. *μάταν γάρ, εὖτ' ἂν ἰσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν, παραλλάξασα διὰ χερῶν, βέβακεν ὄψις οὐ μεθύστερον*. Locum corruptelam traxisse a multis intellectum, nullius vero emendatio mihi satis facit. Quid scribendum sit, ipse nescio. — Ch. 827. Klausenius ad v. 775. „Participia, inquit, pro verbis finitis posita rei imaginem nobis ante oculos ducunt ibique mansuram collocant.“ Haec Klausenius sibi hariolatus est. Locum ipsum, quum a Westphalo in exercit. philol. sanatus sit, praeteribo. — Accentus corrigatur necesse est in Pers. 871. *λίμνας τ' ἐκτόθεν αἳ κατὰ χέρσον ἐληλάμεναι πρὸι πίργων τοῖδ' ἄνακτος ἄϊον*. 879. *ναυοὶ δ' αἳ κατὰ πρῶν' ἅλιον περίκλυστοι τᾶδε γᾶ προσήμεναι*. Recte Bruneckius v. 879. *αἱ* sine accentu posuit eademque ratione Hartungius v. 871. Falso Hermannus ad v. 866. „*αἳ*, inquit, cum participio construendum est“ et ad v. 870. „Bruneckius *αἱ* sine accentu posuit refragante dictione poetica. Pronomen relativum cum participio constructum est, ut paullo ante v. 866.“ Quomodo pronomen relativum magis sit poeticum articulo, equidem

οὓς ἴστησιν, ὡσαύτως δὲ σὺ ἡμᾶς τ᾽ ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις ἔπῃ. Trach. 116. πολλὰ γὰρ ὥστ᾽ ἀκάμαντος ἢ νότου ἢ βορέα τις κύμαι᾽ ἐν εὐρεῖ πόντῳ βάντ᾽ ἐπιόντα τ᾽ ἰδῃ, οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρίφει, τὸ δ᾽ αὔξει βιότου πολύτιονον ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον. Analogiam praebet Ant. 426.

§ 48.

4) ὅς — ὁ δέ.

Haud raro apodosin sententiae a relativo pronomine inceptae δέ particula comitatur, de quo loquendi genere disputavit Buttmannus ad Soph. Phil. v. 87, qui Homeri exempla attulit et in tragoediis Graecis, in quibus post pronomen relativum in libris semper positum est pronomen demonstrativum ὅδε etc., disiunctis vocibus ὁ δε etc. pronomen scribendum esse opinatus est. Sed fortasse erit ambigendum, hoc an illud in omnibus eiusmodi locis legendum sit. Apud Aeschylum tale exemplum non invenitur, quare Sophoclis locos, quos observavi, afferam. Soph. Phil. 87. ἐγὼ μὲν οὖς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, λαερτίου παῖ, τοὺς δὲ καὶ πράσσειν στυγῶ. Libri τούσδε. El. 441. ἀρχὴν δ᾽ ἄν, εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ πασῶν ἔβλαστε, τάσδε δυσμενεῖς χοὰς οὐκ ἄν ποθ᾽, ὅν γ᾽ ἔκτεινε, τῷ δ᾽ ἐπέστεφε. Libri τῷδ᾽. Trach. 23. ἀλλ᾽ ὅστις ἦν θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας, ὁ δ᾽ ἂν λέγοι. Libri ὅδ᾽. 820. τὴν δὲ τέρψιν ἣν τῷμῷ δίδωσι πατρί, τὴν δ᾽ αὐτὴ λάβοι. Libri τήνδ᾽. O. C. 1332. οἷς ἂν σὺ προσθῇ, τοῖς δ᾽ ἔφασκ᾽ εἶναι κράτος. Libri τοῖσδ᾽. El. 1095. ἃ δὲ μέγιστ᾽ ἔβλαστε νόμιμα, τῶν δὲ φερομέναν ἄριστα τᾷ Ζηνὸς εὐσεβείᾳ. Libri τῶνδε. [33]) Similis est locus, qui legitur in O. C. 1007. ὀθούνεκ᾽ εἴ τις γῇ θεοὺς ἐλίσσεται τιμαῖς σεβίζειν, ἡ δὲ τοῦδ᾽ ὑπερφέρει. Libri ἥδε, quod plerique interpretes retinuerunt. Hoc loco non sententia relativa, sed conditionalis antecedit. De vera scri-

non intelligo. — ἐστίν simul audiri potest, ubi participio articulus additus est, veluti in Ag. 1506. τίς ὁ μαρτυρήσων; 1541. τίς ὁ θάψων νιν; τίς ὁ θρηνήσων; cf. Pers. 95. 147. Suppl. 571. Prom. 771. Nam in talibus locis ἐστίν etiam legitur, veluti in Psychost. 264, 8. — Etiam in Prom. 187. οἶδ᾽ ὅτι τραχὺς καὶ παρ᾽ ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς. — Dubius est locus, quippe quum sit lacunosus, qui legitur in Prom. 550. ἃ τὸ φωτῶν ἄλαον γένος ἐμπεποδισμένον; ad quem locum Hermannus: „Deesse, inquit, verbum post ἄλαον Brunckius vidit. Intercidisse autem tale quale δέδεται est, quod posui, non solum metra, sed oratio quoque arguit, quae si ἐστί intelligendum esset, quod supplent scholiastae, prosae quam poesi esset similior. Vel hanc ob causam non potest admitti, quod Dindorfius Aeschylum scripsisse putat, ἄλαον γένος ἐμπεποδισμένον; οὔποτε θνατῶν τὰν Διὸς ἁρμονίαν ἀνδρῶν παρεξίασι βουλαί."

[33]) Huius generis exemplum apud Thucydidem II., 46. observavit L. Dindorfius.

ptura. sicut in eis exemplis. quae antecedunt. ambigendum erit.

§ 49.

5) δέ in apodosi post participia absoluta.

Saepius apud scriptores δέ in apodosi legitur post participia absoluta. [34]) Ap. tragg. poett. ex hoc genere unum tantum observavi exemplum idque dubiae scripturae in Eur. Alc. 471. *ματέρος οὐ θελούσας πρὸ παιδὸς χθονὶ κρύψαι δέμας, οὐδὲ πατρὸς γεραιοῦ*, (Lacuna in libris ....) *ὃν ἔτεκον δ', οὐκ ἔτλαν ῥύεσθαι σχετλίω, πολιὰν ἔχοντε χαίταν· σὺ δ' ἐν ἥβᾳ νέᾳ προθανοῦσα φωτὸς οἴχει.* Quod nonnulli interpretes existimarunt, genetivum absolutum *ματέρος οὐ θελούσας* iungendum esse cum verbis strophae v. 460. *σὺ γάρ*, id fieri non posse iam intellectum est, quum complura sint interposita, quae pro parenthesi haberi non possunt. Neque etiam eo versu, qui excidit, contineri potuit apodosis illius genetivi absoluti, quae est opinio Kirchhoffii, Nauckii, aliorumque, quum ea quae sequuntur *οὐκ ἔτλαν ῥύεσθαι* idem fere quod genetivus absolutus exprimant. Itaque necesse est apodosis incipiat inde a *σὺ δ'*, verbum *ἔτλαν* autem pendeat ex coniunctione quadam, quae etiam excidit. Male de h. l. Hartungius iudicavit.

§ 50.

6) δέ in apodosi post participia cum reliqua oratione consociata.

Magis offendimur eo quod post participium cum reliqua oratione consociatum δέ in apodosi infertur, ex quo genere observavi locum in Eur. Ion. 611. *ἐλθὼν δ' ἐς οἶκον ἀλλότριον ἔπηλυς ὢν γυναῖκά θ' ὡς ἄτεκνον, ἣ κοινουμένη τὰς συμφοράς σοι πρόσθεν, ἀπολαχοῦσα νῦν αὐτὴ καθ' αὑτὴν τύχην οἴσει πικρῶς, πῶς δ' οὐχ ὑπ' αὐτῆς εἰκότως μισήσομαι, ὅταν παραστῶ κτλ.* Recte Klotzius in hoc genere collocasse videtur Aesch. Pers. 749. *θνητὸς ὤν, θεῶν δὲ πάντων ᾧτε οὐκ εὐβουλίᾳ καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν.* Protasis enim *θνητὸς ὤν* ex sententia aptissime apodosi *θεῶν πάντων ᾧτο κρατήσειν* opponi potest, quare in δέ particula haesitandum non est. Falso plerique grammatici locum ita interpretati sunt, quasi δέ quarto sententiae loco positum esset ob superiorum verborum vim; δέ enim secundo loco collocatum est. Hermannus „Recte, inquit, se habet δέ, sed aut commate post ὤν interpungendum est, ut factum est a

[34]) cf. Klotz. l. s. s. II. 373 sq.

Rob. et Vict., aut colo, ut Blomfieldius fecit." Recte post *ὤν* comma, falso vero opinor colon ponitur. Oppositio enim multo magis effertur, si participium coniungitur cum eis, quae sequuntur. — Ex mea interpretatione huc facit Aesch. Suppl. 552, de quo loco dixi in adn. 32, et ex Hartungii emendatione Eur. Suppl. 839.

§ 51.

δέ post parenthesin.

δέ particula etiam post parenthesin locum habet non solum ubi significatam iam antea per *δέ* particulam oppositionem rursus excipit, sed etiam ubi *δέ* non antecessit. Ii enim loci necesse est ita sint comparati, ut ea sententia, quae per *δέ* infertur, enuntiato interposito revera possit opponi, quo illud, quod iam antea erat indicatum, quasi novum quiddam inferatur, quoniam propter parenthesin neglectum videbatur. Ita in Soph. El. 783. *νῦν δ' (ἡμίσῳ γὰρ τῇδ' ἀπήλλαγμαι φόβου πρὸς τῇσδ' ἐκείνου θ'. ἥδε γὰρ ..... αἷμα) νῦν δ' ἔκηλά που τῶν τῇσδ' ἀπειλῶν οὔνεχ' ἡμερεύσομεν.* cf. G. Herm. ad Vig. adn. 345. — O. R. 263. *νῦν δ' ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ ἔχων μὲν ἀρχάς, ... ἔχων δὲ λέκτρα .... κοινῶν τε παίδων κοίν' ἄν, εἰ κείνῳ γένος μὴ 'δυστύχησεν, ἦν ἂν ἐκπεφυκότα. νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κραῖ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη.* cf. Schneidewini ad h. l. adn. Etiam *εὖτ' ἄν δὲ* post parenthesin per *ὅταν δέ* iterum excipitur in Aesch. Ag. 16. *εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην ἐμήν (φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ, τὸ μὴ ... ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ, ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος, κλάω τότ' κτλ.* Haud male Weilius v. 16 *ἔχων* scripsit, pro *ἐμήν* vero falso ex Aurati coniectura *ἐμοὶ φόβος γὰρ* dedit, quum *γάρ* tertio loco ita collocari non possit, quod infra ostendetur. Ipse aptam emendationem non habeo in promptu. *ὅταν ...* autem perspicuitatis causa additum est, ut constructio, longiore parenthesi obscurata, iterum ab initio repeteretur. — Magis offendimur si quando in eiusmodi locis, quamquam *δέ* non praecessit, tamen finita parenthesi *δέ* ponitur.

Aesch. Ch. 698. *καὶ νῦν Ὀρέστης, ἦν γὰρ εὐβόλως ἔχων, ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα, νῦν δ' ἥπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει.*

§ 52.

Apud Homerum saepe nomen per articulum *δέ* particula adiecta ob sententiam interpositam epanaleptice, ut ita

dicam, iterum excipitur. Ita Il. 8,387. *αὐτὰρ Ἀθηναίης, κούρης Διὸς αἰγιόχοιο, πέπλον μὲν κατέχευεν .... ἡ δὲ χιτῶν' ἐνδῦσα κτλ.* Etiam *μέν* antecedere potest cf. Od. 5, 13—15. In Aeschyleis tragoediis huius generis locum non observavi, nisi in hoc numero referendus videtur Eum. 257.

Ημ. ὅρα ὅρα μάλ' αὖ λεῦσσε τὸν πάντα μὴ λάθῃ φύγδα βὰς .... Ημ. ὁ δ' αὖτε γοῦν ἀλκὰν ἔχων περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χρεών. Sed h. l. in *δέ* particula eo minus haesitandum videtur, quum non solum hemichorion alterum loqui incipiat, sed etiam loquatur, quae antecedentibus verbis re vera opposita sunt.

§ 53.

Apud Homerum saepe inter *ὁ δέ* et substantivum plura verba ponuntur: ita Od. 6. 141. *ὁ δὲ μερμήριξεν Ὀδυσσεύς.* cf. 5, 68. *ὁ δε* igitur subiectum est, cui praedicato interiecto *Ὀδυσσεύς* tanquam appositio adiicitur. Ex hoc genere apud Aeschylum exemplum non legitur: quare hic ponam Sophoclis et Euripidis locos a Kruegero in Gr. Gr. II. § 50, 1, 7 allatos. Phil. 371. *ὁ δ' εἶπ' Ὀδυσσεύς.* O. R. 1171. *ἡ δ' ἔσω κάλλιστ' ἂν εἴποι σὴ γυνὴ τάδ' ὡς ἔχει.* Eur. El. 781. *ὁ δ' εἶπ' Ὀρέστης.*

§ 54.

δέ particula cum alia particula coniuncta.

Ubi *δέ* particula cum alia particula coniuncta est, in universum sua cuique particulae constat vis et significatio. Ac primum quidem dicitur

1) *δέ ... γέ* sive *δέ γε*[35]).

Per *δέ* particulam nova sententia aut adiungitur aut opponitur antecedenti, per *γέ* illud verbum, cui additum est, effertur atque urgetur. Neque etiam alia ratione explicanda sunt ea exempla, in quibus inter *δέ* et *γέ* ne verbum quidem aliud est interpositum. Non enim *γέ* in his exemplis ad eam, quae praecedit, particulam *δέ* spectat, sed ad illud potius refertur verbum, quod efferendum est. Quare omnino ita dicitur, si quid cum oppositionis significatione efferri debet.

Ag. 939 et 941. *Αγ. φήμη γε μέντοι δημόθρους μέγα σθένει. Κλ. ὁ δ' ἀφθόνητός γ' οὐκ ἐπίζηλος πέλει. Αγ. οὗτοι γυναικός ἐστιν ἱμείρειν μάχης. Κλ. τοῖς δ' ὀλβίοις γε καὶ τὸ νικᾶσθαι πρέπει.* cf. 1300. 1656. Pers. 209. Sept. 851. 1026. Soph. El. 150. Phil. 1037. 1293. Eur. Andr. 239. 579.

[35]) cf. Klotz. l. s. s. II. p. 333.

Med. 818. J. A. 1375. 1425. γέ particulae etiam οὖν adiici potest (γοῦν), veluti in Eum. 257, quem locum iam in § 51 attulimus. Recte Rossbachius: „Particulae οὖν, inquit, post γέ appositio fit hoc consilio, ut res, de qua agitur, ex communi cognatarum rerum ratione in eum statum, in quo nunc est traducta, dicatur, unde saepe γοῦν per ironiam quandam dicitur animique exacerbationem."

Non interposita voce. Ch. 921. Κλ. ἄλγος γυναιξὶν ἀνδρὸς εἴργεσθαι, τέκνον. Ορ. τρέφει δέ γ' ἀνδρὸς μόχθος ἡμένας ἔσω, i. e. Dolor mulieribus a marito removeri. Immo vero perfidia tua excusari non potest, nutrit enim viri labor domi desides. cf. Suppl. 746. Soph. Ai. 1150. Eur. Hec. 1248. J. A. 21. 334.

2) καὶ .... δέ.

καὶ δὲ non interposita alia voce non legitur nisi apud poetas epicos, sed interposita aliqua voce ut a scriptoribus ita etiam a poetis tragicis usurpatur. Neque enim recte negasse Porsonum ad Eur. Or. 614. ap. poett. tragg. has particulas in uno membro inveniri coniunctas, iam dudum intellexerunt grammatici. In his exemplis sua utrique particulae inest vis, δέ enim nectit sententias, καί autem quum etiam significet unum verbum effert. Vertendae sunt igitur per: aber auch[36]). Prom. 973. χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ ἐχθροὺς ἴδοιμι· καὶ σὲ δ' ἐν τούτοις λέγω. Recte G. Herm.: „καί σέ γ' ex Elmsleii coniectura Blomfieldius. Obtemperarunt illi male considerato decreto Porsoni, qui in adnotatione ad Eur. Or. v. 614. καὶ — δέ particulas in tragicis ferre nolebat. Discessit a Porsono Schaeferus ad Longin. p. 350, sed non reddita ratione. Seidlerus ad Eur. El. 1112, qui ... καί etiam significare, δέ autem nectere sententias monuit. Scilicet καὶ — γε est atque adeo et auget ante dicta, ut in Hecuba v. 1274 ... Multum ab hoc differt καὶ — δέ, quo non augentur ea, quae praecesserunt, sed additur iis diversum quid, quod eiusdem generis sit, unde καί, idque vel confirmandi caussa, ut in Promethei atque Euripideae Electrae exemplis dico autem te quoque in his: es autem tu quoque ferox, vel simpliciter ut addatur aliquid consimile, ut in Persis v. 151 (153). προσίτνω. καὶ προσφθόγγοις δὲ χρεὼν αὐτὴν πάντας μύθοισι προσανδᾶν. et v. 541. (546) ubi quum feminas Persarum lugere dixit chorus, haec adiicit: „κἀγὼ δὲ μόρον τῶν οἰχομένων αἴρω δοκίμως πολυπενθῆ." Haec Hermannus. Cetera Aeschylea exempla haec sunt: Pers. 261. ὡς πάντα γ' ἔστ' ἐκεῖνα διαπεπραγμένα. καὶτὸς

[36]) cf. Seidler. ad Eur. El. 1112. Herm. ad Aesch. Prom. 973 (977.)

δ' ἀέλπτως νόστιμον βλέπω φάος. Hermannus: „αὐτὸς δ' Porsonus, καὐτός γ' cum Cantabr. 2. Blomfieldius, ne scilicet καί et δέ in uno enuntiato coniungerentur." Falso etiam Dindorfius αὐτὸς δ'. — Eum. 65. διὰ τέλους δέ σοι φύλαξ ἐγγὺς παρεστὼς καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέλας. Hermannus: „Recte Blomfieldius καὶ πρόσω γ' ἀποστατῶν. Libri καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν. Sed hic quidem καὶ—δέ ineptum est." Minime. Falso καὶ . . . γ' sive quod Hartungius scripsit σοι πρόσω τ'. Differt autem hic locus ab eis, qui supra scripti sunt, quod δέ hic non sententias nectit, sed verba opponit, de quo usu dixi in § 30. καί difficultatem non praebet.

Emendandi sunt hi loci: Pers. 779. ἕκτος δὲ Μάραφις, ἕβδομός τ' Ἀρταφέρνης κἀγὼ πάλου δ' ἔκυρσα τοὔπιερ ἤθελον, κἀπεστράτευσα. Mediceus multique alii codices κἀγώ. At δέ particulae collocatio in offensione est. Nam verba aut ita collocanda sunt, ut in margine Par. B. κἀγὼ δ' ἔκυρσα τοὔπιερ ἤθελον πάλου, aut cum Cod. G. legendum κἀγὼ πάλου τ' ἔκυρσα τοὔπιερ ἤθελον, ita ut τέ respondeat καί particulae in v. 780 κἀπεστράτευσα.

Ch. 879. ἀλλ' ἀνοίξατε ὅπως τάχιστα, καὶ γυναικείους πύλας μοχλοῖς χαλᾶτε. καὶ μάλ' ἡβῶντος δὲ δεῖ. Haec est librorum scriptura. Hermannus: „Recte, inquit, Blomfieldius γε, obtemperans ille quidem Porsoni decreto, de quo ad Prom. 977 dictum est." De Blomfieldii coniectura potest dubitari, quamquam meliorem non habeo in promptu. cf. Soph. Phil. 1362. Eur. El. 1117. J. T. 1206. Ion. 1327 ex Herm. emend. Falso legitur καὶ—δέ in Ion. 1608.

§ 55.

5) δὲ καί.

Particulis δὲ καί coniunctis nulla inest difficultas, quum δέ ad totam spectet sententiam, per καί autem duo verba coniungi soleant, aut posterius καί sive τέ sequi, cui respondeat prius. Suppl. 379. ἀμηχανῶ δὲ καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας. δέ totam sententiam nectit cum priore, per καί duo huius enuntiati membra ἀμηχανῶ et φόβος μ' ἔχει copulantur. cf. 750. Sept. 685. Ag. 228. 1621. Ch. 252. 373. 1062. Eum. 772. 1040. Prom. 381. 875. — Saepissime vero in hac compositione καί etiam significat. Sept. 1017. ἄγος δὲ καὶ θανὼν κεκτήσεται. cf. 36. 374. 468. 900. Suppl. 398. 1009. 1010. Ag. 198. 278. 558. 848. 1260. 1270. 1511. Ch. 1009. Eum. 269. 297. 686. 850. Prom. 631. καί non potest explicari in Pers. 296.

τίς οὐ τέθνηκε, τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν τῶν ἀρχελείων, quum τίνα δὲ καὶ κτλ. idem significet, quod τίς ‖δὲ τέθνηκεν. Alterum igitur membrum significat contrarium alterius, quare nescio an Aeschylus scripserit τίνα δ' ἐκεῖ πενθήσομεν τῶν ἀρχελείων i. e. τῶν ἐκεῖ ἀρχελείων. — δέ ferri nequit in Eum. 382. μένει γάρ. εὐμήχανοι δὲ καὶ τέλειοι, sed asyndeton flagitatur. Quare recte nunc legitur εὐμήχανοί τε καὶ.

§ 56.

6) τέ — δέ.

In harum particularum responsione continetur anacoluthia, quum ex duabus diversis constructionibus una facta sit. Etenim per se aut τέ — τέ aut μέν — δέ inter se respondent aut alteri tantum membro coniunctio adiicitur. Ubi igitur τέ — δέ legitur, necesse est talia membra et coniungi et inter se opponi possint. Atque cogitandum est poetam ab initio ambo membra coniungere voluisse, deinde autem ab inchoata structura recedere et alterum membrum per δέ opponere. [37]) Ita in Pers. 625. σύ τε πέμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς, ἡμεῖς δ' ὕμνοις αἰτησόμεθα, quamquam huius loci scriptura dubia est, quum M. G. Asc. A. et ut videtur Venet. ἡμεῖς θ' habeant. — Soph. Trach. 286. ταῦτα γὰρ πόσις τε σὸς ἐφεῖτ', ἐγὼ δέ, πιστὸς ὢν κείνῳ, τελῶ. Eiusdem generis sunt Trach. 334. Ant. 1096. El. 1097. Phil. 1312. Eur. Alc. 197. Suppl. 97. Andr. 1281. J. T. 995. 1415. — Quodam modo discrepant: Soph. Ai. 836. καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους ἀεὶ δ' ὁρώσας πάντα τἀν βροτοῖς πάθη. Recte Hermannus: „Adeo, inquit, usitatum est hoc δέ in repetitione eiusdem verbi, ut consentaneum sit, etiam praegresso τέ ad eam constructionem rediri." — Eur. Phoen. 1608. ubi ab oratione obliqua transitur ad directam.

Prorsus eadem est ratio eorum locorum, in quibus respondent οὔτε (μήτε) — δέ. [38]) Ita in Aesch. Suppl. 988. ὡς ἔχοιμι τίμιον γέρας καὶ μήτ' ἀέλπτως δορικανεῖ μόρῳ θανὼν λάθοιμι, χώρᾳ δ' ἄχθος ἀείζων πέλοι. cf. Soph. O. C. 421. 941. Trach. 1153. 143. Eur. Suppl. 225. Med. 441. Phoen. 348. Or. 293. Non offendimur ubi duplex οὔτε (μήτε) antecessit. In his enim locis δέ idem valet quod ἀλλά cf. Aesch. Sept. 508. 1024. Prom. 22. Soph. Ant. 205. 250. 608. Ai. 1205. O. R. 241. Trach. 1062.

[37]) cf. Pflugkii ad Eur. Alc. v. 197. Hartung. l. s. s. I. p. 92. Klotz. l. s. s. II. p. 741 sqq.

[38]) cf. Elmsl. ad Eur. Med. 431. Hartung. l. s. s. I. 197, 6. Klotz. II. 714.

O. C. 1298. 1681. Eur. Hel. 421. Bacch. 617. Troi. 727. 730.

Inversa ratione dicitur *τέ—οὐδέ* (*μηδέ*) — [39]). Quamvis haec loquendi ratio per se anacoluthia sit, tamen usu ita legitima facta est, ut *τέ - οὔτε* vix unquam invenias. Id de tragicis poetis iam recte observavit Elmsleius ad Soph. O. C. 367. p. 143. Atque is usus inde videtur esse explicandus, quod unusquisque, ubi posuit enuntiatum affirmativum, cui adiungit negativum, id vix possit adiicere nisi per oppositionem. Soph. O. C. 368. *πρὶν μὲν γὰρ αὐταῖς ἦν ὅρος Κρέοντί τε θρόνους ἐᾶσθαι μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν. λόγῳ σκοποῦσι τὴν πάλαι γένους φθοράν.* cf. Aesch. Eum. 940–43. Eur. I. T. 697. — Eadem ratione, qua *οὔτε—δέ*, exponendum est *οὔτε — οὐδέ* [40]). Soph. C. O. 1141. *οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον τέκνοισι τερφθεὶς τοῖσδε, θαυμάσας ἔχω, οὐδ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη,* cf. Eur. Andr. 569. Hipp. 76. Praeter necessitatem vulgo *οὐδέ* mutatum est in *οὔτε*. — Semel etiam legitur *οὐδέ—τέ* in Aesch. Suppl. 239. *ὅπως δὲ χώραν οὐδὲ κηρύκων ὕπο ἀπρόξενοί τε νόσφιν ἡγητῶν μολεῖν κτλ.* Hermannus: „Nescio an *οὔτε* Aeschylus scripserit.“ Etiam praeposito *οὐδέ* sequitur *οὔτε* (cf. Hartung. l. s. s. I. p. 201 sq. Klotz. l. s. s. II. p. 711.) sed ap. poett. tragg. tale exemplum non observavi.

§ 57.

7) *δέ τε.* (*δέ . . . τέ*).

δέ τε particulas ita coniunctas, ut unam efficiant notionem, qua sententiae aut copulentur aut inter se opponantur, saepe apud Homerum et Hesiodum inveniri, satis notum est. Inveniuntur vero non solum ubi praecessit in priore membro *μέν τε*, sive *μέν*, sed etiam ubi in priore membro nulla omnino adfuit particula. De hac re consulendus est Hartungius l. s. s. I. p. 71. sqq. Sed quaeritur, num hae particulae coniunctae etiam ap. poett. tragg. legantur. Atque primum quidem constat, in nulla omnino offensione esse has particulas, ubi re vera consociatam significationem non habeant. In hoc usu *δέ* igitur respicit ea, quae antecedunt, quum nectat enuntiata, *τέ* autem pertinet ad sequens *τέ* vel *καί*. Suppl. 492 *ὀπάονας δὲ φράστοράς τ' ἐγχωρίων ξύμπεμψον.* Sept. 74. *ἐλευθέραν δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν*

[39]) Elmsl. ad Soph. O. C. 367. — Hartung. l. s. s. I., 209. 6. — Klotz. l. s. s. II. p. 742.

[40]) cf. G. Herm. ad. Soph. O. C. 1141. Hartung. l. s. s. I. p. 194. Klotz. l. s. s. II. p. 714.

ζυγοῖσι δουλίοισι μήποτε σχεθεῖν. cf. 399. 430. Ag. 179. 1227. Spinosus est locus, qui legitur in Ch. 817. *ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων νύκτα πρό τ' ὀμμάτων σκότον φέρει.* Hunc versum corruptum esse ex antistropho intelligitur. Quare recte Westphalus *πρό* glossema esse ratus, quo illato *τ'* ad hiatum devitandum scriptum esset, verbis *πρό τ'* eiectis *νυκτός γ'* legendum esse existimavit. Apte ita opposita sunt *νυκτός* et *καθ' ἡμέραν.*

Neque vero consociatam significationem *δέτε* in tragoediis Graecis habet, sed recte G. Hermannus ad Vig. adn. 520: „*δέ τε*, inquit, ubi apud tragicos invenitur corrigendum videtur. — Aesch. Choeph. 488. (490 Dind.) *Ορ· ὦ γαῖ' ἄνες μοι πατέρ' ἐποπτεῦσαι μάχην. Ηλ. ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ τ' εὔμορφον κράτος.* legi commode poterit *δέ γ'*," At melius Hartungius *δ' ἔτ'*. Pessime Nauckius *δ' ἐτεόμορφον* et Schneidewinus *δὲ γάμοροι.* Egregie enim ab Aeschylo dictum *εὔμορφον κράτος* = formosum robur. — Praeterea labem contraxerunt hi loci: Ch. 1026. *ἕως δέ τ' ἔμφρων εἰμὶ κηρύσσω φίλοις,* Recte Rob. Turn. *δ' ἔτ'*, quod a sententia flagitatur et nunc in editionibus legitur. — Eur. Jon. 1378 recte Schaefer scribendum censet *τλήμων δὲ χἠ τεκοῦσά μ', ὡς ταὐτὸν πάθος πέπονθε, παιδὸς ἀπολέσασα χαρμονάς.* — Hel. 510. *ἢν μὲν ὠμόφρων τις ᾖ, κρύψας ἐμαυτὸν εἶμι πρὸς ναυάγια: ἢν δ' ἐνδιδῷ τι μαλθακόν, τὰ πρόσφορα τῆς νῦν παρούσης συμφορᾶς αἰτήσομαι. κακῶν δέ θ' ἡμῖν ἔσχατον τοῖς ἀθλίοις, ἄλλους τυράννους αὐτὸν ὄντα βασιλέα βίον προσαιτεῖν· ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει.* Hermannus scripsit *δέ γ'*. Blomfl. *δ' ἔθ'*, Lobeckius *τόδ'*, Nauckius *δ' ἕν*, quae coniecturae ad sententiam omnes sunt incommodae: flagitatur enim *κακῶν μὲν.* Nam sententia antecedens per hoc enuntiatum restringitur. Sunt vero opposita haec: *ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει.*

§ 58.

Etiam aliae particulae *δέ* particulae adiiciuntur. Ita supra disputavi de *δ' ὅμως* (*ὅμως δέ*) cf. § 15, 3. *δ' αὖ* cf. § 15, 6. (= *δ' αὖτε, αὖθις δέ*). Non necesse est disputetur de *δ' οὖν* = vero igitur (cf. Sept. 810. Ag. 224. 255. 1568. Eum. 226. 887. Prom. 938), de *δὲ δὴ* = autem iam (cf. Ch 788. Prom. 149 etc.), quippe quum in his formulis suam utraque particula ac nativam vim et significationem tueatur. Eadem res est in *δ' ἀλλά*, ubi *ἀλλά* est certe, saltem. cf. Elmsl. adn. ad Eurip. Heracl. p. 102. — Klotz. l. s. s. II. 381. (Eur. Rhes. 167. Med. 942. Heracl. 565. Soph. El. 337. Apud Aeschylum non legitur.) *δέ . . . γάρ* (quae formula eadem ratione explicanda est, qua *ἀλλά — γάρ* cf. Klotz

l. s. s. II. 382. Soph. Ai. 678. In fabulis Aeschyleis non invenitur. *δέ ἄρα* (cf. Klotz l. s. s. 381 sq., apud Aeschylum frustra quaeres), *δέ που* (cf. Klotz. l. s. s. p. 384 sq. Aesch. Pers. 724. 740. Prom. 822. Ag. 182. Soph. O. R. 769. Ant. 213) *δέ τοι* (cf. Klotz l. s. s. p. 385. Aesch. Sept. 180. Ag. 1659. Soph. Ai. 1157. Ant. 327. Trach. 327. Eur. Andr. 636.) De his particulis h. l. disputandum non erit, quum ea, quae notanda videantur, magis ad adiectae quam ad *δέ* particulae usum spectent. Pauca tantum adiiciam de *οὐδέ, δ' οὐ, καὶ οὐ. δ' οὐ* et *καὶ οὐ* ita differunt, ut *δέ* et *καί*. Quum igitur *δέ* nectat sententias, per *οὐδέ* sententia negativa adnectitur. Ubi vero *δ' οὐ* sive *καὶ οὐ* legitur, non negativa sententia additur, sed una tantum vox negativam vim accipit.) Quare *οὐδέ* saepissime, *δ' οὐ* et *καὶ οὐ* rarius inveniuntur. Sept. 287. *μέλει, φόβῳ δ' οὐχ ὑπώσσει κέαρ* i. e. vigilat. cf. Ag. 78. Eum. 53. Sept. 545. 546. cf. Herm. ad 527. 908. Ag 805. Eum. 716. — *νοῦ* legitur in Eum. 121. *ἄγαν ὑπνώσσεις νοῦ κατοικτίζει πάθος. καὶ μὴ* Eum. 78. Suppl. 200.

Pars III.

De particularum collocatione.

Caput I.

De collocatione particulae *μέν*.

§ 59.

Perspicuum est, *μέν* sua natura adiici ei notioni, quae efferri debet. Ita in Eum. 473. cf. 476. dicitur *σὺ μέν — αὗται δ'*. cf. 603. Pers. 299. 502. 754. Sept. 1068. Ag. 615 Prom. 12. 178. 325 et saepe alias.

Ab hac lege primum illud discedit, quod articulo, ubi cum nomine est coniunctus, subiici solet *μέν*, etiam si ad nomen insequens spectat. Ag. 250. *τοῖς μὲν παθοῦσιν*. 568. *τοῖσι μὲν τεθνηκόσιν*. cf. 846. 1056. 1242. 1331. Ch. 744. 748. Eum. 619. 1007. Sept. 313. Prom. 271. 478. Neque vero necesse est, sic collocetur *μέν* e. gr. O. C. 1096. *τῷ σκοπῷ μέν*.

Ita etiam ex nativa vi *μέν* inferri debet post nomen, quod cum praepositione coniunctum est, ut in Eum. 40 *ἐπ' ὀμφαλῷ μέν*. Non nunquam autem *μέν* particula non nomen, sed praepositionem sequitur. e. gr. Ch. 737. *ἀφὸς μὲν οἰκέτας*. Soph. Ai. 864. *ἀλλ' ἀμφὶ μὲν τούτοισιν*.

Ubi nomini adiunctum est adiectivum, *μέν* per se post totam notionem ponendum est. Plerumque autem post priorem ponitur vocem. Eum. 453. *ταύτην μὲν οὕτω φρονεῖν δ'*. Ag. 80. 740. Prom. 827. Ubi eidem subiecto duo adiecta sunt praedicata, *μέν* et *δέ* ex rei natura praedicata debent sequi. Interdum vero *μέν* subiecto, *δέ* alteri praedicato subiicitur. Eum. 39. *ἐγὼ μὲν ἕρπω, ὁρῶ δ'* = *ἐγὼ ἕρπω μὲν, ὁρῶ δ'*. cf. 676.

Ex simili genere sunt ea exempla, inquibus duo praedicata inter se sunt opposita, quorum alteri adiectum est adverbium. In his enim *μέν* alteri praedicato, *δέ* alterius praedicati adverbio adiici potest. Suppl. 117. *ἱλέομαι μὲν, πολλάκι δ' ἐμπίτνω*. In aliis exemplis *μέν* non ad id verbum positum est, ad quod refertur, quia constructio ex duabus structuris conflata est. Sept. 924. *ἐρξάτην πολλὰ μὲν πολίτας, ξένων τε πάντων στίχας* = *πολλὰ δὲ ξένων κτλ.* Huc faciunt omnia genera locutionis *μέν* — *τέ*, de qua dictum est in § 15, 9.

μέν saepe ei notioni, ad quam pertinet, praeponitur. Ita *μὲν πρῶτον* pro *πρῶτον μέν*. Pers. 399. Ag. 861. *μὲν εἰ* pro *εἰ μέν*. Ag. 866.

Saepissime *μέν* et *δέ* chiasmi causa non eam habent collocationem, quae per se flagitatur. Ita

a) in priore membro *μέν* verbo, in altero *δέ* adverbio adiicitur. Pers. 212. *πράξας μὲν εὖ, κακῶς δὲ πράξας*. cf. Prom. 238.

b) *μέν* post alterius enuntiati subiectum, *δέ* post alterius praedicatum infertur, quae ratio etiam inverti potest. Prom. 619. *βούλευμα μὲν τὸ Διὸν, Ἡφαίστου δὲ χείρ*. cf. 1043. Prom. 992. Pers. 65. 603. etc. Similes sunt tales loci: Eum. 585. *πολλαὶ μέν ἐσμεν, λέξομεν δέ συντόμως*.

c) *μέν* alterius enuntiati subiecto, *δέ* alterius obiecto subiicitur, aut invertitur haec ratio. Sept. 377. *Τυδεὺς μὲν . . . . βρέμει, πάρον δ' Ἰσμηνὸν οὐκ ἐᾷ περᾶν ὁ μάντις*. cf. Suppl. 135. 376. 710. Ag. 283. Prom. 628. et saepe alias.

d) *μέν* alterius enuntiati praedicatum, *δέ* alterius obiectum sequitur. Ag. 396. *λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν. τὸν δ' ἐπίστροφον καθαιρεῖ*. cf. 774.

e) *μέν* adiicitur accusativo rei, *δέ* dativo personae. Suppl. 487. *ὕβριν μὲν ἐχθίρειεν ἄρσενος στόλου, ὑμῖν δ' ἂν εἴη δῆμος εὐμενέστερος*.

Etiam in tmesi *μέν* potest collocari. Ag. 759. *τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον μετὰ μὲν πλείονα τίκτει.*

Ubi ad totum enuntiatum spectat *μέν*, aut post id, cui summum est pondus, aut post primum verbum solet inferri. Ag. 264. *εὐάγγελος μὲν, ὥσπερ ἡ παροιμία, ἕως γένοιτο μητρὸς εὐφρόνης πάρα.*

μέν, ubi spectat ad duo enuntiata, quae per *καί—καί* copulata sunt, ita collocatur, ut *καί* et unum enuntiati verbum, quod maxime efferi debet, *μέν* particulae praeponantur. Suppl. 443.

καὶ χρήμασιν μὲν ἐκ δόμων πορθουμένων
ἄτην γε μείζω καὶ μέγ' ἐμπλήσας γόμου
γένοιτ' ἂν ἄλλα κτησίου Διὸς χάριν.
καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια,
γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτηρίοις
ἀλγεινὰ θυμοῦ κάρτα κινητήρια.
ὅπως δ' ὅμαιμον αἷμα μὴ γενήσεται,
δεῖ κάρτα θύειν καὶ πεσεῖν χρηστήρια
θεοῖσι πολλοῖς πολλὰ πημονῆς ἄκη.

Manifestum est, vocem *χρήμασιν* esse depravatam ex *χρημάτων*, quod verbum etiam in scholiis huic versui adscriptum est, et notatio videtur esse alius scripturae. Vera crux autem interpretibus alter versus *ἄτην γε μείζω* .... fuit. Alii enim alia ratione eum emendare conati sunt. Hermannus versibus *ἄτην* .... et *γένοιτ' ἄν* ... transpositis sic corrigit:

γένοιτ' ἂν ἄλλα κτησίου Διὸς χάριν
ἄτης τε μείζω καινὸν ἐμπλῆσαι γόμον.

Excepto igitur verbo *μείζω* verbum pro verbo mutavit, minime autem his mutatis apta efflorescit sententia. Quod Hartungius coniecit *ἄτης γεμίζειν καὶ μέγ' ἐμπλῆσαι δόμον γένοιτ' ἂν ἄλλη κτησίου Διὸς χάρις*, partim vere est coniectum, verbo *γεμίζειν* restituto, quod manifesto inest in corruptis vocibus *γε μείζω*. Hoc enim loco verbum in antiquis exemplaribus lectitatum fuisse, et coniunctione *καὶ* et scholio declaratur, quod ita legitur: *τοῦ Διὸς ἐμπιπλῶντος καὶ γεμίζοντος ἄτης τὸν γόμον*. Luce quidem clarius est, hoc scholion ipsum esse depravatum, sed id ex eo intelligimus, duo verba in verborum serie fuisse. Atque quod infinitivus praesentis temporis *γεμίζειν* cum aoristi infinitivo coniungitur, id tantum abest, ut possit reprehendi, ut sententiae sit aptissimum. Eo igitur sumus disputando progressi, ut sciamus *γεμίζειν καὶ μέγ' ἐμπλῆσαι* fuisse lectitatum. Deinde autem in codicibus legitur *ἄτην*, quod ab omnibus fere interpretibus mutatum est in *ἄτης*. Iniuria opinor. Primum enim non intelligitur, quomodo ex gene-

tivo accusativus fieri potuerit. Huc accedit, quod in hac ipsa voce primaria inest corruptionis sedes, quippe quum ipsa *ἄτη* totius loci sententiae refragetur. Neque vero aliud Aeschylus scribere potuit nisi *ἄδην*, quod quidem adverbium ita verbo *γεμίζειν* additum est, ut *μέγ'* voci *ἐμπλῆσαι*; atque quae desiderabatur concinnitas, ita est restituta. Haec emendatio a litterarum ductu maiorem habet commendationem quam *ἄτης* neque etiam necesse est mutetur genetivus *γόμου*, qui ab omnibus interpretibus est mutatus. Reapse enim intelligitur ad *γεμίζειν* et *ἐμπλῆσαι* accusativus *δόμους* ex versu qui antecedit. Ita omnia sunt integra et ad dicendi consuetudinem revocata. Magna autem exoritur sententiarum concinnitas. Nam sibi respondent *καὶ χρημάτων μὲν* et *καὶ γλῶσσα*. Ad utrumque autem hoc membrum pertinet *μέν* particula duobusque his enuntiatis v. 449 per *δέ* particulam opponitur *ὅπως δέ*, ita ut haec sit totius loci sententia: Et opibus ex aedibus ereptis aliae Iovis beneficio eveniant, quae abunde aedes divitiis impleant. Et lingua si forte intempestiva dixerit, oratio pro oratione lenimenta attulerit. Ut vero consanguineus sanguis ne effundatur e. q. s. Propter concentum autem versus 448 necesse est ponatur ante v. 447, ita ut non solum in priore sed etiam in posteriore membro protasis duos contineat versus et apodosis a *γένοιτο* incipiat. Ipse tamen versus 448. labem contraxit, cuius certa emendatio mihi in promptu non est. Integri igitur versus hi sunt:

καὶ χρημάτων μὲν ἐκ δόμων πορθουμένων
ἄδην γεμίζειν καὶ μέγ' ἐμπλῆσαι γόμου
γένοιτ' ἂν ἄλλα κτησίου Διὸς χάριν.
καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια
** ἀλγεινὰ θυμοῦ κάρτα κινητήρια ** (448)
γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος (447)
ὅπως δ' ὅμαιμον αἷμα μὴ γενήσεται κτλ.

Caput II.

De *δέ* particulae collocatione.

§ 60.

δέ particula quum inserviat connectendo sermoni haud procul abesse ab initio sententiae debere manifestum est, quoniam usu invaluit, ut primum in ea locum non teneret. Consentaneum autem eis potissimum vocabulis subiici *δέ*, in quibus quum sententia ipsa, tum sono vinculum quoddam cum oppositione contrariorum intercedens notatur.

Itaque post articulum ponenda est particula, ubi vim habet demonstrativam: *ὁδὲ, ἡδὲ, τὸ δὲ* etc. atque id quidem semper fit.

1) Ab hac autem lege primum illud discedit, quod post articulum, ubi cum nomine est coniunctus, *δέ* inferri solet, etiam si ad nomen insequens spectat atque haec collocatio vulgaris est. Aesch. Ag. 397. *τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε.*

a) Attamen *δέ* etiam post articulum et substantivum, tertio igitur sententiae loco collocatur. Substantivi loco adiectivum, participium, infinitivus poni potest. Huius usus haec exstant exempla: Suppl. 366. *τὸ κοινὸν δ'.* 672. *τὸνξένιον δ'.* 781. *τὸ πᾶν δ'.* 935. *τὸ πεῖκος δ'.* Sept. 425. *ὁ κόμπος δ'.* 491. *ὁ σημανοργὸς δ'.* Ag. 250. *τὸ μέλλον δ'.* 429. *τὸ πᾶν δ'.* 571. *τὸν ζῶντα δ'.* 790. *τῷ δυσπραγοῦντι δ'.* 1653. *τηνὐτύχην δ'.* Ch. 690. *τὸν τεκόντα δ'.* 837. *τὸν αἴτιον δ'.* Eum 153. *τὸν μητραλοίαν δ'.* 910. *τῶν δυσσεβούντων δ'.* Prom. 844. *τἀ λοιπὰ δ'.* Eadem est collocatio in tragoediis Sophocleis et Euripideis. Exempla afferre longum est[41]).

b) Ubi substantivo adiectivum additur vel talis notio, quae adiectivi loco posita est, *δέ* saepissime inter substantivum et adiectivum ponitur.

α) Adiectivum. Ag. 437. *ὁ χρυσαμοιβὸς δ' Ἀρης.* 499. *τὸν ἀντίον δὲ λόγον.* 776. *τὰ χρυσόπαστα δ' ἔδεθλα.* 950. *τὴν ξένην δὲ τήνδ'.* Ch. 7. *τὸν δεύτερον δὲ τόνδε πενθητήριον.* Eum. 553. *τὸν ἀντίτολμον δὲ . . . παρβάταν.* 913. *τῶν ἀρειφάτων δ' . . . πρεπτῶν ἀγώνων.* Prom. 103. *τὴν πεπρωμένην δὲ . . . αἶσαν.* 283. *τοὺς σοὺς δὲ πόνους.* 288. *ταῖς σαῖς δὲ τύχαις.* 555. *τὸ διαμφίδιον δέ . . . μέλος.* 634. *τἀ λοιπὰ δ' ἄθλων.* Apud Sophoclem et Euripidem haud raro huius collocationis exempla leguntur[42]).

β) Notio, quae adiectivi loco posita est. Eum 8. *τὸ Φοίβης δ' ὄνομα.* Prom. 151. *τἀπρὶν δὲ πελώρια.* 442. *τἀν βροτοῖς δὲ πήματα.* Non alia est collocandi ratio ap. Soph. et Eurip. Saepe ita *δέ* quarto sententiae loco positum est. Aesch. Sept. 193. *τὰ τῶν θύραθεν δ'.* Suppl. 198. *τὸ μὴ μάταιον δ'.* Ag. 1353. *τὸ μὴ μέλλειν δ'.* Ch. 925. *τὰς τοῦ πατρὸς δὲ* scil. *κύνας.* Soph. O. R. 1282. *ὁ πρὶν παλαιὸς δ' ὄλβος.* Eur. Suppl. 888. *ὁ τῆς κυναγοῦ δ' ἄλλος Ἀταλάντης γόνος.* Hel. 128. *τὼ τοῦ Διὸς*

---

[41]) Etiam *γάρ* ita collocari potest. Suppl. 489. *τοῖς ἥσσοσιν γάρ.* cf. Ag. 32. 461. 757. 871. Ch. 103. 234. 520. Eum 136. 431. Prom. 27. 1068.

[42]) Eadem ratione *γάρ* potest collocari. cf. Suppl. 250. *τοῦ γηγενοῦς γὰρ . . . Παλαίχθονος.* Eum 853. *οὐπιρρέων γὰρ . . . χρόνος.* Prom. 7. *τὸ σὸν γὰρ ἄνθος.*

δὲ λεγομένῳ Διοσκόρῳ. I. T. 105. τὸν τοῦ θεοῦ δὲ χρησμὸν. 380. τὰ τῆς θεοῦ δὲ . . . σοφίσματα. 567. ὁ τοῦ θανόντος δ' ἔστι παῖς Ἄργει πατρός; I. A. 452. τὸ μὴ δακρῦσαι δ'. 1404. τὸ τῆς τύχης δὲ. Or. 1664. τὰ πρὸς πόλιν δὲ. Troi. 742. ἡτοῦ πατρὸς δέ . . . εὐγένεια;[43])

2) Etiam praepositioni subiici solet δέ, etiamsi ad nomen insequens spectat. Aesch. Ag. 755. ἐκ δ' ἀγαθᾶς τύχας. Praepositio etiam sequi potest δέ particulam, cui praeponitur ea vox, quae maxime debet efferri Ch. 4. τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ.

a) Saepissime autem ap. poett. tragg. δέ post substantivum ponitur, quod cum praepositione est coniunctum. Pers. 193. ἐν ἡνίαισι δ'. 411. ἐπ' ἄλλην δ'. 1038. πρὸς δό — μους δ'. Suppl. 223. ἐν ἁγνῷ δ'. 595. ὑπ' ἀρχᾶς δ'. Sept. 347. πρὸς ἀνδρὸς δ'. 385. ὑπ' ἀσπίδος δ'. 996. πρὸ πάντων δ'. Ag. 560. ἐξ οὐρανοῦ δ'. 735. ἐκ θεοῦ δ'. 857. ἐν χρόνῳ δ'. 1192. ἐν μέρει δ'. 1454. πρὸς γυναικὸς δ'. Ch. 26. δι' αἰῶνος δ'. 185. ἐξ ὀμμάτων δ'. 262. ἀπὸ σμικροῦ δ'. 266. γλώσσης χάριν δὲ. 451. δι' ὥτων δὲ. 704. πρὸς δυσσεβείας δ'. 818. καθ' ἡμέραν δ'. Eum. 64. διὰ τέλους δέ. 105. ἐν ἡμέρᾳ δὲ. 563. δι' αἰῶνος δὲ. 593. πρὸς τοῦ δ'. Prom. 356. ἐξ ὀμμάτων δ'. Saepissime ap. Soph. quoque et Eurip. haec collocatio occurrit[44]).

b) Ubi substantivo cum articulo coniuncto addita est praepositio, δέ et quarto et tertio loco poni potest.

α) Quarto loco. Aesch. Prom. 321. πρὸς τοῖς παροῦσι δ'. 381. ἐν τῷ προμηθεῖσθαι δὲ. Sept. 516. πρὸς τῶν κρατούντων δ'. Eum. 538. ἐς τὸ πᾶν δὲ. Eur. Alc. 602. ἐν τοῖς ἀγαθοῖσι δ'. El. 390. ἐν τῇ φύσει δὲ. 426. ἐν τοῖς τοιούτοις δ'. Hel. 1024. ἐκ τῶν θεῶν δ'. 1031. ἐν τῷ δικαίῳ δ'. Bacch. 269. ἐν τοῖς λόγοισι δ'. Troi. 1008. εἰς τὴν τύχην δ'.

β) Tertio loco. Ag. 1638. ἐκ τῶν δὲ τοῦδε χρημάτων ex emendatione, codices ἐκ τῶνδε: Eur. Med. 475. ἐκ τῶν δὲ πρώτων. Andr. 336. ἐν τοῖς δὲ πολλοῖς.

c) Ubi substantivo cum praepositione coniuncto adiectum est adiectivum, δέ sive quarto sive tertio loco collocari potest.

α) Quarto loco. Aesch. Sept. 599. ἐν παντὶ πράγει δ'. Eur. Hipp. 835. πολλῶν μετ' ἄλλων δ'. Ion. 1591. κατ' αἶαν Πελοπίαν δ'.

---

[43]) γάρ quoque sic collocatum legitur in Ch. 753. τὸ μὴ φρονοῦνγὰρ.

[44]) γάρ ita collocatum legitur Suppl. 485. κατ' ἀρχῆς γάρ. Ag. 560. ἐξουράνοῦ γὰρ. 1478. ἐκ τοῦ γὰρ. Ch. 773. ἐν ἀγγέλῳ γὰρ. Eum. 631. ἀπὸ στρατείας γὰρ.

β) Tertio loco. Sept. 472. *σὺν τύχῃ δέ τῳ*, Suppl. 176. *ξὺν φρονοῦντι δ' ... πατρί*. Suppl. 1050. *μετὰ πολλῶν δὲ γάμων*. Ag. 889. *ἐν ὠμηστοῖσι δ' ὄμμασι*. Ag. 923. *ἐν ποικίλοις δὲ ... κάλλεσιν*. Prom. 828. *πρὸς αὐτὸ δ' ... τέρμα*. Soph. Phil. 971. *πρὸς κακῶν δ' ἀνδρῶν*. Eur. Med. 238. *εἰς καινὰ δ' ἦθη*. 729. *ἐκ τῆσδε δ' ... γῆς*. Suppl. 250. *ἐν νέοισι δ' ἀνθρώποιν*. Her. fur. 470. *εἰς δεξιὰν δὲ σήν*. 874. *εἰς δόμους δ' ... Ἡρακλέους*. 1294. *εἰς τοῦτο δ' ... συμφορᾶς*. J. T. 786. *εἰς τήνδε δ' ... αἶαν*. Jon. 540. *ἐκ τίνος δέ ... μητρός*. 1618. *εἰς θρόνους δ' ... παλαιούς*. Cycl. 14. *ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρᾳ*. Troi. 378. *ἐν ξένῃ δὲ γῇ*. Phoen. 79. *ἐπ' αὐτὰ δ' ... ἑπτάπυλα τείχη τάδε*. 940. *ἐκ γένους δὲ ... τοῦδ'*. 1286. *διὰ σάρκα δ' ἐμάν*. Andr. 170. *εἰς τοῦτο δ' ... ἀμαθίας*. Hel. 1195. *ἐν τῷ δὲ ... συμφορᾶς*.

3) Ubi substantivo additum est adiectivum, *δέ* plerumque inter utrumque locum habere solet. Eum. 454. *γένος δὲ τοὐμόν*.

Attamen *δέ* etiam post substantivum et adiectivum infertur, cuius usus haec exstant exempla: Aesch. Pers. 446. *ποίῳ μόρῳ δὲ*, 793. *τίνι τρόπῳ δὲ*. Suppl. 998. *τίρειν' ὀπώρα δ'*. Sept. 41. *αὐτὸς κατόπτης δ'*. 546. *μακρᾶς κελεύθου δ' ... πόρον*. 1010. *ἱερῶν πατρῴων δ'*. Ag. 278. *ποίου χρόνου δέ*. 296. *σθένουσα λαμπὰς δ'*. 606. *γυναῖκα λιστὴν δ'*. 1277. *βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντί*. 1664. *σώφρονος γνώμης δ'*. Ch. 839. *νέαν φάτιν δὲ*. Eum. 21. *Παλλὰς προναία δ'*. 197. *ποίμνης τοιαύτης δ'*. 281. *μητροκτόνον μίασμα δ'*. 965. *παντὶ χρόνῳ δ'*. Soph. Ant. 477. *σμικρῷ χαλινῷ δ'*. Eur. Andr. 617. *κάλλιστα τεύχη δ'*. Heracl. 39. *δυοῖν γερόντοιν δὲ*. Suppl. 783. *καλὸν θέαμα δ'*. El. 772. *ποίῳ τρόπῳ δὲ*. 928. *ἄμφω πονηρὼ δ'*. 1051. *οἰ δ' ἔκη δ'*. Hel. 1125. *ἄνυμφα μέλαθρα δὲ*. Jon. 261. *πατρὶς γῆ δ'*. Or. 88. 421. *πόσον χρόνον δὲ*. 610. *καλὸν πάρεργον δ' αὐτό*. Phoen. 414. *τίνι τρόπῳ δ'*.

Adiectivi loco genetivus substantivi positus est. Aesch. Suppl. 786. *πατρὸς σκοπαὶ δέ*. Ag. 238. *κρόκου βαφὰς δ'*. 963. *πολλῶν πατησμῶν δ' εἱμάτων*. 1291. *Ἄϊδου αὐλας δὲ*. 1590. *αὐτοῦ ξένια δ'*. Eum. 19. *Διὸς προφήτης δ' ... πατρός*. Pers. 818. *θῖνες νεκρῶν δὲ*. Eur. Herc. fur. 177. *Διὸς κεραυνὸν δ'*. [45])

Ex simili genere sunt ea exemplorum, in quibus *δέ* tertio vel quarto loco non nunquam ponitur, ubi substantivo sive adiectivo sive pronomini participium additum est.

[45]) *γάρ* ita collocatum legitur in Sept. 771. *τὶν' ἀνδρῶν γάρ*. Ag. 729. *χάριν τροφᾶς γάρ*.

Aesch. Eum. 615. *μάντις ὢν δ'*; cod. *μάντις δ' ὤν*. Emendavit Canterus. Suppl. 914. *κάρβανος ὢν δ'*. Eur. Herc. fur. 1249. *σύγ' ἐκτὸς ὢν δὲ συμφορᾶς*. J. A. 1607. *ἐγὼ παρὼν δὲ*. Alia ratione explicandum esse Pers. 749. *θνητὸς ὢν θεῶν δὲ πάντων ὕβριζε, οὐκ εὐβουλίᾳ, καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν*, quum *δέ* non quarto, sed altero loco positum sit, iam supra in § 49 dixi. Non multum discrepat Sept. 1024. *ἄτιμον εἶναι δ'*, ubi adiectivum cum infinitivo *εἶναι* coniunctum *δέ* particulae praepositum est.

4) Verbum cum obiecto *δέ* particulae praemittitur.

Aesch. Ag. 1320. *ἐπιξενοῦμαι ταῦτα δ'*. Eum. 68. *ὕπνῳ πεσοῦσαι δ'*. 620. *βουλῇ πιφαύσκω δ'*. J. T. 1392. *στόμια διαπερῶσα δὲ*. J. A. 1006. *ψευδῆ λέγων δὲ*. Non multum discrepat Aesch. Ag. 744. *παρακλίνασ' ἐπέκρανεν δὲ*. Ex Hermanni emendatione Ag. 539. *θεοῖσι τεθνάναι δ'*.[46])

5) Cum adiectivo, adverbio, verbo, adverbium coniunctum est. Aesch. Pers. 729. *ὧδε παμπήδην δὲ*. Sept. 919. *ἐτύμως δακρυχέων δ'*. Eur. Herc. fur. 1235. *εὖ δράσας δέ*. Particula negativa *οὐ* aut *μή*. Sept. 411. *μὴ κακὸς δ'*. Eur. Hel. 701. *οὐ σαφῶς δ'*. J. A. 93. *μὴ θύσασι δ'*. Or. 100. *οὐ φίλως δέ*. Troi. 402. *μὴ καλῶς δὲ*.

6) *καὶ ... δέ* verbo interposito.

De hac re disputatum est in § 54, ubi haec attulimus exempla: Prom. 973. *καὶ σὲ δ' ἐν τούτοις λέγω*. Pers. 153. 261. 546. 779. Eum. 65. Ch. 879. cf. Soph. Phil. 1362. *καὶ σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τόδε*. Eur. El. 1117. *καὶ σὺ δ' αὐθάδης ἔφυς*. Discrepat Jon. 1608. *καὶ πρὶν τοῦτο δ' οὐκ ἄπιστον ἦν*. Recte Fixius *δ'* mutavit in *γ'*; si enim poeta *δέ* particulam adhibuisset, dixisset *καὶ πρὶν δὲ τοῦτο*.[47])

7) Brevis antecedit protasis.

a) Genetivus absolutus. Pers. 330. *πολλῶν παρόντων δ' ὀλίγ' ἀπαγγέλλω κακά*. Sed quum *δ'* omittat M., equidem h. l. particulam hanc eiiciendam esse existimo; asyndeton enim sententiae optime convenit, quippe quum in fine orationis totum argumentum breviter hoc versu comprehendatur. — Sept. 562. *θεῶν θελόντων ἄν δ' ἁλῃ θεύσαιμ' ἐγώ*. Ita vulgo legitur. Sed vocabulum *ἄν*, quum ante *δ'* particulam positum sit, non potest non ad genetivum absolutum pertinere; id quum ab h. l. alienum sit, apertum

[46]) *γάρ* quoque sic collocatur. Ag. 222. *βροτοὺς θρασύνει γάρ*.

[47]) Simili ratione *γάρ* collocatum est in Ch. 905. *καὶ ζῶντα γάρ*.

esse puto, verba ista non praebere sententiam, quae satis apta sit. *θεῶν θελόντων δ' ἄν* M. Par. B. In Par B. *τ'* ad *δ'* supra scriptum est. *δ' αὖ* Lips. Omittunt *δ'* G. Vit. Ox. Par. A. Taur. Ven. A. Vind. 1. 2. 4. Ald. In Par. E. *ἂν ἀναλευθήσαιμ'* Herm. omissa particulae *ἄν*. Hartung. *κἄν*. Scribendum videtur *τἄν* = *τοὶ ἄν* cf. Sept. 195. 552.

b) Protasis relativa, conditionalis, circumstantialis etc. Soph. Ai. 1419. *πρὶν ἰδεῖν δ'*. Phil. 574. *ἀν λέγῃς δὲ*. Phil. 618. *εἰ μὴ θέλοι δ'*. O. R. 485. *ὅτι λέξω δ'*. Eur. Alc. 469. *ὃν ἔτεκον δ'*. Hipp. 380. *οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'*. J. A. 1007. *μὴ θάνοιμι δ'*. Jon. 731. *ὃ μὴ γένοιτο δ'*. Jon. 816. *ὡς λάθρᾳ δ', ἐγὼ φράσω*.

8) Particulis sententiae formam regentibus *δέ* subiici solet, etiamsi ad nomen insequens aut ad totam spectat sententiam. Ita dicitur *εἰ δέ*, *ὡς δέ*, *ἐπεὶ δέ* etc. Non nunquam vero fit, ut verbum, quod magis efferendum est, *δέ* particulae praemittatur coniunctione subsequente. Ita in Aesch. Suppl. 366 legitur *τὸ κοινὸν δ' εἰ* pro *εἰ δὲ τὸ κοινὸν*. cf. Ag. 345. Pers. 198. 361. *ἄν* vero cum coniunctione coniunctum *δέ* particulae potest praemitti. Aesch. Ag. 12. *εὖτ' ἂν δὲ*. Eur. El. 1136. *ἰὼ ἰώ' ἂν δέ*. Simili ratione *πόσον τι δ'* dictum ab Euripide in Heracl. 674. — In enuntiatis interrogativis *δέ* pronomen aut adverbium interrogativum sequi solet. Attamen *δέ* etiam in traiectione legitur. Ita Pers. 350. *ἀρχὴ δὲ ναυσὶν συμβολῆς τίς ἦν*; = *τίς δ' ἦν ναυσὶν ἀρχή*; Prom. 259. *δόξει δὲ πῶς*; et saepe alias.

9) Ob verborum consonantiam *δέ* particula tertio ponitur loco.

a) Eiusdem verbi alius casus. Aesch. Eum. 530. *ἄλλ' ἄλλᾳ δ'*. Soph. Phil. 959. *φόνον φόνου δὲ*. Eur. Suppl. 614. *δίκα δίκαν δ'*. Jon. 1066. *πάθεσι πάθεα δ'*. [48])

b) Verbum contrarium. Eur. Hipp. 1289. *ἀφανῆ φανερὰν δ'*. El. 1191. *ἄφαντα φανερὰ δ'*.

10) Etiam apud Aeschylum *δέ* in tmesi collocatum legitur, quod saepissime ap. Homerum invenitur. Prom. 574. *ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον*.

Haec exempla qui accurate consideraverit, eum non poterit fugere, in universum *δέ* et *γάρ* [49]) tertio aut quarto loco

[48]) Eodem modo *γάρ* collocari potest. cf. Prom. 29 *θεὸς θεῶν γὰρ*.

[49]) Accedit, quod *γάρ* particula tertio loco collocari potest, ubi interposita est *μέν* aut *τέ* particula. cf. Pers. 459. 707. *πολλὰ μὲν γάρ*.

poni posse, non poni debere, ubi verba, quae praeposita sunt, unam efficiant notionem. Eadem ratione explicandi sunt hi loci: Aesch. Pers. 719. *πεζὸς ἦ ναύτης*

Suppl. 472. Sept. 4. 189. 295. 511. Ag. 326. 1056. 1444. 1630. Ch. 278. 453. Eum. 222. Prom. 1016. Ag. 76. *ὅ τε γὰρ.* cf. Sept. 427. Prom. 289.

Denique in formula *ἀλλὰ ... γὰρ* haec particula tertio vel quarto enuntiati loco ponitur. Eum. 797. *ἀλλ' ἐκ Διὸς γὰρ λαμπρὰ μαρτύρια παρῆν.* Prom. 941. Ch. 375.

Prorsus falsa sunt, quae de hac re disputavit G. Hermannus ad Aesch. Ch. 1018 (1023). *ἀλλ', ὡς ἂν εἰδῆτ' — οὐ γὰρ οἶδ' ὅπη τελεῖ — ὥσπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοστροφῶ δρόμου ἐξωτέρω. φέρουσι γὰρ νικώμενον φρένες δύσαρκτοι.* Hermannus: „Recepi, inquit, *ἡνιοστρόφων*, quod in prima editione Schützius scripserat. Interpungitur vulgo post *ἐξωτέρω*, quam interpunctionem sola Robortelli editio non habet. Neque interpungendum ibi est. *Γὰρ* ab initio longius remotum nullam hic offensionem habet, quoniam statim post *φέρουσι*, ex quo sententia pendet, positum est. V. ad Ag. v. 1106."

Ag. 1106. (1147 Dind.) *περιβάλοντο γάρ οἱ πτεροφόρον δέμας.* cod. Hermannus: „Quod olim in adnotatione ad Humboldti interpretationem conieci, *περιβάλοντο οἱ πτεροφόρον δέμας γάρ*, ferri non potest, quia remotum a principio orationis *γάρ*, ut aliae huiusmodi coniunctiones, verbum tamen, ex quo pendet sententia, proxime praegredi postulat. Aesch. Ch. 1018. *ὥσπερ ξὺν ἵπποις ἡ. δ. ἐ. φέρουσι γὰρ κτλ.* Soph. Phil. v. 1451. *καιρὸς καὶ πλοῖς ὕδ' ἐγείρει γὰρ κατὰ πρύμνην.* Antiphanes ap. Porphyr. de abst. p. 131. *ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαίρουσι γάρ.* Aristoph. Ran. v. 1308. *αὕτη πύθ' ἡ Μοῦσ' οὐκ ἐλεβίαζε γάρ*; Ita enim scribendum puto hunc versum, qui necessario Aeschylo dandus est. In Agamemnone, emendato strophico versu, *γάρ* delendum erat, scribendumque *περιβάλοντό οἱ πτεροφόρον δέμας.*" Haec Hermannus. Eluceat ex eis, quae supra disputata sunt, haec, quod ad tragg. poett. pertineat, falsa esse. Nam unus Aeschyli locus Ch. 1023 vulgo bene explicatur, pessime vero Hermannus de hoc versu statuit. Deinde vero comicorum poetarum usus in hac re minime cum tragicorum loquendi genere potest conferri. Comici enim multa sibi possunt indulgere, quae tragicis negata sunt. Restat igitur unus Sophoclis locus, ex quo, quum alia exempla desint, minime ea possunt concludi, quae Hermannus voluit.

Labem contraxerunt hi loci:

Sept. 336. *τί τὸν φθίμενον γὰρ προλέγω.* Hermannus: „In M. Vit. post *τί* interpunctum est, ut in editionibus inde a Turnebo fieri solet. Sed insolens est nudum *τί*; ex codicis G. scriptura (*γάρ τοι* pro *γάρ*) hoc effici potest *τί γάρ*; *φθίμενόν τοι προλέγω βέλτερα τῶνδε πράσσειν*; Et potest hoc verum videri. Eadem sententia est Blomfieldii. Suspiceris autem ita etiam scholiastam legisse, cuius haec est adnotatio, *τί γὰρ δεῖ πολλὰ λέγειν*; *ὁ προτεθνηκὼς εὐτυχῶς πράσσει πλέον τοῦ ζῶντος.* Potest tamen reliquorum omnium librorum scriptura defendi, si haec omnia coniunguntur atque ita intelliguntur, quid enim opus est dicere, mortuum meliore conditione frui." Minime *γάρ* ita collocari nequit et *προλέγω* sententia caret. Neque etiam scholiastam ita legisse censeo; immo scholiastae testimonio eo adducimur, ut scribamus:

τί γάρ; φθίμενον τὸν πρὸ λέγω.

Articulum ita posse collocari, demonstratur his locis Sept. 641. *λιτῶν τῶν ὧν.* 1017. *δορὶ τῷ τοῖδε.* Ch. 843. *φόνῳ τῷ πρόσθεν. πρό* autem adverbium est, ut in Hes. Th. 32, 38. Nam etiam aliae praepositiones adverbiorum vim apud Aeschylum habent. In Suppl. 827. simili significatione *τῶν πρὸ* legitur.

δὲ. i. e. miles. Eur. Ion. 1187. *ἐν χεροῖν ἔχοντι δὲ.* J. T. 42. *ἃ καινὰ δ' ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα.* Sed in Eur. Hec. 372. *μῆτερ, σὺ δ'.* 1287. *Ἑκάβη, σὺ δ'.* Hel. 1392. *Ἑλένη, σὺ δ' δέ.* particulam secundo loco positam esse, in § 36 vidimus, quare falso Nauckius ante *σὺ* comma omisit. Pauca tantum exempla quodam modo aliter sunt comparata, quamquam in his quoque manifestam huius collocationis rationem, veluti verborum consonantiam, inesse vidimus. Rarissimo vero secundum sententiae verbum *δέ* particulae praeponitur, ut hoc verbum magis efferatur atque urgeatur. Ita in Ch. 761. *ἐγὼ διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας ἔχουσ' Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί.* Soph. Ai. 116. *τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι.* J. A. 963. *εἰ Κλυταιμήστρα δ' ἐμοί.* Or. 1459. *ὡς κἄπροι δ' ὀρέστεροι γυναικὸς ἀντίοι σταθέντες ἐννέποιεν.* Sed in Aesch. Sept. 393. *ἵππος χαλινῶν δ' ὡς κατασθμαίνων μένει*, a nonnullis interpretibus recte *δ'* particula deleta est, eo magis, quum in Cod. M. non legatur. Etiam delenda est in Suppl. 791. *πρόπαρ θανούσας δ' Ἅιδας ἀράσσοι.* Post v. 790 non punctum ponendum erit, sed virgula, locus vero ita explicandus, ut duplicem inter apodosin media posita sit protasis, quam constructionem apud Aeschylum satis frequentatam esse ei sciunt, qui Aeschyleum norint sermonem. — Ag. 930. *εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμεν, εὐθαρσὴς ἐγώ*, quum *ὡς* ab Aeschylo prorsus alienum sit et sententia, quippe quum tota oratio hoc versu comprehendatur, multo aptius *ἀσυνδέτως* legatur, pro *δ' ὡς* scribendum videtur *ἰώς.* — Ag. 653. *καὶ τὰ πίστ' ἐδειξάτην φθειρόντε τὸν δύστηνον Ἀργείων στρατόν. ἐν νυκτὶ δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά.* Falso ita legitur in codicibus et in editione Dindorfiana. Recte Hermannus interpunctione post *στρατόν* deleta virgulam post *ἐν νυκτὶ* posuit, quamquam melius punctum ponitur. — Sept. 226 pro librorum scriptura *ἔστι θεοῦ δ' ἔτ' ἰσχὺς καθυπερτέρα* nunc recte post *ἔστι* interpungitur. — Suppl. 306. Pro eo quod est in libris *τί οὖν ἐτεύξε δ' ἄλλο δυσλοίμῳ βοΐ*; nunc legitur *τί οὖν ἐτεύξεν ἄλλο ...* Prom. 433. *κέλαινος Ἅιδου δ' ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς*, *δ'* quamquam per se ferri potest, melius tamen deletur, quum *σεῖνει βυθός* non per particulam adiunctum sit. — Ag. 1256. *παπαῖ, οἷον τὸ πῦρ ἐπέρχεται δέ μοι ...* Falso libri, Dindorfius. Recte vulgo post *πῦρ* solet interpungi. — Suppl. 794. *πόθεν δέ μοι γένοιτ' ἂν αἰθέρος θρόνος, πρὸς ὃν νέφη δ' ὑδρηλὰ γίγνεται χιών.*

Violarunt has leges, e. gr. ei, qui in Ag. 14. Aurati emendatione *ἐμοὶ φόβος τότ'* ex parte recepta scripserunt *ἐμοὶ φόβος γὰρ κτλ.* ut Weilius, *αἰὲὶ φόβος γὰρ*, ut Hartungius.

Quum δέ ferri non possit, Dindorfius, quem secutus est Hermannus, scripsit κύφελλ'. Sed equidem vereor ut prospere divinarit; huic enim coniecturae subscribere non possum, quum ap. poett. tragg. κύφελλα non legatur. At quum non solum δέ sententiae refragetur, sed etiam praepositio πρός von potest h.l. cum accusativo construi, πρὸς ὃν mutandum videtur in πρὸς ᾧ γ'; nam ο ex ω, ν ex γ ortum esse existimo. Deinde vero necesse est, sequentia verba ita collocentur: ὑδρηλὰ γίγνεται νέφη χιών. Corruptela autem hoc modo orta esse videtur: Grammaticus aliquis, quum explicare vellet, quomodo verba cohaererent, νέφη scripsit ante ὑδρηλά; qua transpositione facta alter, qui hanc collocationem genuinam esse opinatus est, δ' hiatus devitandi causa intulit. Genuinum igitur versum hunc esse arbitror: πρὸς ᾧ γ' ὑδρηλὰ γίγνεται νέφη χιών.

Interpretes, quum alius alio magis hanc quaestionem de δέ particulae collocatione neglexerint, saepe in hac re peccarunt. Quum enim locos spinosos emendare tentarent, δέ saepe tertio, quarto, quin etiam quinto posuerunt sententiae loco, scientes quidem, δέ ita collocatam inveniri, inscii vero, quibus inveniatur conditionibus. Quare iam Rossbachius (de Choeph. loc. nonn. comm. p. 10) „Prienius, inquit: .... in medium attulit hoc: πρέπει παρῆσι φοίνιος δ' ἀμυγμός, particulae δέ quarto loco collocationem nihil offensionis habere opinatus. Est sane haec collocatio haud infrequens, sed semper tamen ad normam quandam redacta. Plerumque enim tria vocabula ea, quibus δέ postpositum est, una comprehenduntur notione aut uno brevi commate, ut substantivum et adiectivum praemissa praepositione vel articulo, parvulae interrogationes et interiectiones, breves protases, contra locorum, in quibus nulla regnet lex et ratio, tanta est paucitas, ut fere sint nulli habendi. Ergo e grammatica lege hic debuit esse ordo: φοίνιος ἀμυγμὸς δὲ πρέπει παρῆσι vel hic πρέπει παρῆσι δέ, nequaquam vero is, quem Prienius tenuit πρέπει παρῆσι φοίνιος δ' ἀμυγμός". Enger in Suppl. III pro eo, quod est in libris τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λέγων, scripsit θρεομένα δ' ἐγώ, qua coniectura consuetudine sermonis abusus est, eo magis, quum μέλεα h. l. non adiectivum sit, pro quo vulgo habetur, sed substantivum, quod apte explicatur per λιγέα χαρέα. Quare post πάθεα et θρεομένα comma ponendum erit. Miror quod subscripserunt huic coniecturae Hermannus, Dindorfius, aliique. Quum vero participium λέγων ferri non possit, scribendum videtur λέγω. — Idem Enger in Ag. 1428 scripsit λίτιος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος ἐμπρέπει δ' ἀτίετον, male haec adiiciens: „Die Stellung des δέ ist

ohne Anstoss, denn da man sagen kann *λίθος ἐμποέπει δὲ ἀτίετον*, so kann das *δέ* diese Stelle beibehalten, auch wenn das Subiect noch ein Attribut erhält." Hae quoque coniecturae falsae sunt: Schuetzii in Pers. 348. *θεὸς πόλιν δ' ἔσωσε Παλλάδος θεᾶς*, Hartungii in Suppl. 663. *ἥβας ἄνθος ἄδρεπτον δ' ἔστω*. *δ'* enim h. l. non ad subiectum, sed ad praedicatum pertinet. — Ipse G. Hermannus pessime scripsit in Ch. 519. *οὐκ ἔχομ' ἂν εἰκάσαι τόδε. τὰ δῶρα μείω δ' ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας*. Multo melius vulgo *εἰκάσαι τάδε τὰ δῶρα, μείω δ' κτλ.*, quippe quum *μείω* non cum *δῶρα*, sed cum *ἐστί* coniungendum sit. — Idem pessime scripsit in Prom. 400. *δακρυσίστακτον ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν δ' εἱβομένα ῥέος παρειὰν νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς*, quam coniecturam amplexus est Dindorfius. Optime in libris *λειβομένα, δ'* autem, quod post *δακρυσίστακτον* in cod. legitur, metri causa eiiciendum est. Nam sine offensione h. l. deesse potest particula, quum v. 397 per haec verba explicetur. Asyndeton igitur explicativum est. — Quibus locis addas pessimam Fixii lectionem in Eur. Phoen. 1338. *πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν λέγεις δέ τι*; Sed haec exempla satis sunt.

§ 61.

δέ in initio versus, ita ut ultimum verbum versus antecedentis praemissum sit, collocari nequit. In fine versus haud raro collocatur. cf. Aesch. Pers. 418. 457. Ag. 819. Suppl. 772. Prom. 43. 961. 1033. Quaeritur autem, num in fine versus vocalis *ε* particulae *δέ* elidi possit; nam in fine ordinis haec vocalis elidi potest. Atque G. Hermannus ad Aesch. Suppl. 739 (769. Dind.) „Qua lege, inquit, vocalis in fine versus elidi possit, ut hic in *δ'*, quod vocabulum addidi, indicatum est in Epitome doctr. metr. § 147. Non recte ibi primum id fecisse Sophoclem dixi. Fecit Aeschylus et hic et in Eum. 140. ubi scribendum est *τῷδ' ἕπου*." Hermannum secuti sunt Schwerdtius, Hartungius, alii. Hartungius his locis addit Eum. 729. et Suppl. 164. (198 Dind.) Sed haec sententia prorsus falsa est: omnes enim illi loci non huc faciunt, nisi ex coniectura horum virorum. Quare singulos consideremus:

Suppl. 769. *οὐδ' ἐν ἀγκυρουχίαις*
θαρσοῦσι ναῶν κοιμένες παραυτίκα,
ἄλλως τε καὶ μολόντες ἀλίμενον χθόνα
ἐς νύκτ' ἀποστείχοντος ἡλίου· φιλεῖ
ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ·

τίκτει non solum libri Aeschylei habent, sed etiam Plutarchus legit. Hermanno hoc mirum visum est. Iniuria, opinor. Hinc enim sequitur, hunc versum per se stare neque pendere ex φιλεῖ. Quare post v. 769 interpungendum est, quo facto ex φιλεῖ elicio φίλου = ἐς νύκτ' ἀποστέγοντος ἡλίου φίλου. Asyndeton enim h. l. aptissimum est. — Transeamus ad alterum locum, qui est in Eum. 140. (137 Dind.)

σὺ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷ
ἀτμῷ κατισχναίνουσα, νηδύος πυρί,
ἕπου, πάραινε δευτέροις διώγμασιν.

Hermannus mutato versuum ordine scripsit:

σὺ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷδ'
ἕπου, πάραινε δευτέροις διώγμασιν.
ἀτμῷ κτλ.

Neque vero video, cur τῷ in fine versus positum offensioni aut cur in sequente alio dativo ἀτμῷ haesitandum sit, quippe quum τῷ demonstrativum cum digiti gestu pronuntietur. Alter eorum locorum, quos Hartungius huc retulit, Suppl. 194 (198 Dind.) καὶ μὴ μάταιον· ἐκ μετώπων σωφρόνων δ' non δ' habet in fine versus nisi Hartungii coniectura infelicissima eaque in loco spinosissimo. — Denique Eum. 729, quem locum Hartungius ad Eum. 140 huc retulit, omnino nescio, quo modo huc pertinere possit. — Sed unus est locus ubi vulgo in extremo versu vocalis δέ particulae elisa est Ag. 250.

Δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιρρέπει· τὸ μέλλον δ'
ἐπεὶ γένοιτ' ἂν' κλύοις, προχαιρέτω.

Recte vero Weilius versus ita disposuit, ut apostrophus in versu extremo positus non sit.

Δίκα δέ τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιρρέπει.
τὸ μέλλον δ' ἐπεὶ γένοιτ' ἂν κλύοις· προχαιρέτω.

Haec sufficiant. Alterum enim huius libelli partem, quae est de asyndeto, alio tempore tractabo. Volo enim eis, quae hactenus dicta sunt, finiri hanc scriptiunculam, quae ne longior fieret, quam per eius conditionem licitum esse puto.

Vita.

Franciscus Martinus Burgard, fidei catholicae addictus, Nehemiae in Guestfaliae urbe prope Arnsbergam sita, a. d. XVI. Cal. Febr. anno huius saeculi XXXV. natus sum patre Josepho, quo adhuc vivo gaudeo, matre Anna Maria e gente Schneidersmann, quam morte praematura ereptam valde lugeo. Postquam litterarum rudimenta in ludo publico didici, Muenstermann, qui etiammunc in urbe patria sacris procurandis praeest, et Kuehle b. m. Viri Rev. summa comitate ac liberalitate lectionibus privatis me veterum linguarum elementa edocebant. Pueritia vixdum exacta Gymnasio Theodoriano Paderbornensi, quod etiammunc Ahlemeyeri auspiciis floret, in disciplinam traditus et in tertium ordinem receptus sum. Quinquennio transacto studiis academicis, testimonio legitime impetrato, memet maturum exhibui. Sub auctumnale igitur tempus anni h. s. LIV. litterarum academiam adii Monasteriensem et inter eius cives ab Reinkio V. Ill., cuius tum fasces erant, receptus per duo semestria philosophicis, per alia duo theologicis studiis nomen dedi. Tum vero, quum in dies magis intelligerem, et animo meo et ingenio magis convenire, ut theologiam relinquerem et studiis philosophicis atque philologicis me darem, discessi Monasterio et auctumno anni h. s. LVI. in litterarum universitatem Viadrinam commigravi, ubi a V. Ill. Löwigio, tunc fasces academicos tenente, inter cives academicos receptus nomen dedi apud V. Ill. Branissium. Unum post annum Bonnam migravi, ibique in academiae civium numero a rectore Haelschnero V. Ill. receptus per semestre seminarii philologici sodalis extraordinarius fui. Deinde Vralislaviam redii, et ab Elvenichio V. Ill. tunc fasces academicos tenente, iterum civium academicorum numero adscriptus tria per semestria studiis philologicis operam navavi. Intra hos annos docentes audivi viros clarissimos doctissimos Monasterii: Berlage, Bisping, Cappenberg, Clemens, Deycks, Dieckhoff, Karsch, Reinke, Schlüter, Schwane, Wieniewski; Wratislaviae: Baltzer, Bernays, Braniss, Elvenich, Haase, Junkmann, Rossbach, Vahlen, Westphal; Bonnae: Knoodt, Ritschl, Schopen, Welcker. Vratislaviae etiam tria per semestria sodalis ordinarius Haasii et Rossbachii seminarii philologici fui, item exercitationum philologicarum, quas Vahlen, deinde Westphal, viri praestantissimi, moderabantur, et philosophicarum, quas Elvenich, professor amplissimus, moderatur, participem me reddidi. Quum vero omnibus illis V. V. D. D. gratias quam maximas debeo semperque habebo, tamen vix dici potest, quantas Elvenichio, Junkmanno, Rossbachio, Vahleno, Westphalo, V. Cl., qui me semper magna cum liberalitate et domi suae acceperunt et me ad hunc diem consilio suo carere nunquam passi sunt. Mense

Decembri anni h. s. LIX. examen pro facultate docendi subii. Quo superato postquam in schola ad Spiritum Sanctum per paucos admodum hebdomades tirocinium docendi feci, ineunte aestate summa benevolentia Kaempii directoris et Marbachii professoris V. V. Ill. factum est, ut mihi collaboratoris munus interim mandaretur. Neque vero hoc munus subii. Nam morbo satis gravi correptus totam fere aestatem Vratislavia absens ut degerem cogebar. Nec possum Elvenichii, Junkmanni, Stievii V. V. Ill. eximiam humanitatem silentio praeterire, qui me aegrotum beneficiis cumularunt, quapropter nunquam eorum recordatio et memoria mihi evanesceet. Initio mensis Julii anni LX. seminarii paedagogici sodalis factus sum, postquam iam per hiemem singulis per hebdomadem exercitationibus interfui. Ita Scheiberti et postea Stievii V. V. Ill., quibus gratias ago quam maximas, uberrima institutione usque ad hunc diem usus magnopere adiutus sum in magisterio melius atque rectius instituendo. Nam Wissowa, V. Ill. director gymnasii catholicorum Vratislaviensis, roganti mihi, ut inde ab auctumno anni LX. in gymnasio catholico docendi periculum pergere mihi liceret, huius rei copiam lubentissime fecit. Simul etiam summorum magistratuum summa benevolentia mihi licuit scholis interesse Junkmanni, Rossbachii, Stenzleri, V. Ill. Quum vero omnibus his viris illustrissimis doctissimis gratias ago quam maximas, tum quantum Ill. Rossbachii et Westphali doctrinae ac humanitati debeam melius scio atque sentio quam verbis possum exprimere.

Sententiae controversae.

1. Singulos hominum animos a Deo creari contendo.
2. Spinosae doctrina non nititur principiis Cartesianis.
3. Aesch. Ag. 1485 scribendum esse existimo
   ἰὴ ἰὴ διαὶ Διὸς παναιτίου πᾶν ἔρδεται.
   pro eo quod est in libris
   ἰὴ ἰὴ διαὶ Διὸς παναιτίου πανεργέτα.
4. Sept. 340 *ἄλλος δ' ἄλλον ἄγει*
   φονεύει, τὰ δὲ πυρφορεῖ. sic emendo:
   φονεύει ϑ', ὁ δὲ πυρφορεῖ.
5. Ch. 867 scribendum reor
   τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος
   δισσοῖς μέλλει δᾷος Ὀρέστης ἄψειν.
   pro eo quod est in libris *ϑείοις.*
6. Xen. An. 1, 8, 2. *καὶ πάντες δὲ* puto *δέ* particulam eiiciendam esse.

Index locorum emendatorum.

1. Pers. 296 . . in pag. 56.
2. — 532 . . — 30.
3. — 558 . . — 30.
4. Suppl. 241 . . — 25.
5. — 443 . . — 61.
6. — 552 . . — 48.
7. — 769 . . — 72.
8. — 794 . . — 70.
9. — 886 . . — 44.
10. — 923 . . — 44.
11. — 983 . . — 38.
12. — 998 . . — 39.
13. Sept. 21 . . — 8.
14. — 336 . . — 68.
15. — 340 . . thes. 4.
16. — 537 . . in pag. 34.
17. — 562 . . — 66.
18. Sept. 795 . . in pag. 38.
19. Ag. 244 . . — 47.
20. — 690 . . — 48.
21. — 930 . . — 69.
22. — 1008 . . — 30.
23. — 1170 . . — 9.
24. — 1485 . . thes. 3.
25. Ch. 382 . . in pag. 11.
26. — 553 . . — 29.
27. — 867 . . thes. 5.
28. — 978 . . in pag. 31.
29. Eum. 52 . . — 33.
30. — 96 . . — 31.
31. — 473 . . — 16.
32. — 788 . . — 48.
33. Prom. 400 . . — 71.

F.L. 18-2-64

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PA
3849
B87

Burgard, Martinus
Quaestiones grammaticae
Aeschyleae